

taire ne pourra poursuivre la possession du gage que pour moitié.

2. *Ulpian au liv. 70 sur l'Edit.*

Dans le cas de l'interdit Salvien, si des effets ont été portés à titre de gage dans un fonds appartenant en commun à deux propriétaires, celui qui sera en possession sera préféré à l'autre pour la récréance, sauf à eux à se pourvoir par l'action Servienne.

secutio detur.

2. *Ulpianus lib. 70 ad Edictum.*

In Salviano interdicto, si in fundum communem duorum pignora sint ab aliquo invecata, possessor vincet: et erit eis descendendum ad Servianum iudicium.

De fundo communi.

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM LIBER QUADRAGESIMUS QUARTUS.

DIGESTE OU PANDECTES, LIVRE QUARANTE-QUATRIÈME.

TITRE PREMIER.

DES EXCEPTIONS,

DES PRESCRIPTIONS ET DES PRÉJUGÉS.

1. *Ulpian au liv. 4 sur l'Edit.*

CELUI qui oppose une exception ou fin de non-recevoir est en quelque façon censé agir: car le défendeur en se servant d'une exception devient demandeur.

2. *Le même au liv. 74 sur l'Edit.*

L'exception a été ainsi appelée comme étant une espèce d'exclusion, de fin de non-recevoir qu'on oppose pendant l'instance à la demande formée contre soi, à l'effet de détruire l'intention du demandeur et d'éviter la condamnation.

1. Les répliques ne sont autre chose que des exceptions qui sont proposées par le demandeur; elles sont nécessaires pour détruire l'effet des exceptions ordinaires: car on oppose toujours la réplique dans l'intention d'attaquer une exception.

2. Il faut remarquer que toute exception et toute réplique a pour but de faire débouter la partie; l'exception frappe contre le demandeur, la réplique contre le défendeur.

TITULUS PRIMUS.

DE EXCEPTIONIBUS,

PRÆSCRIPTIONIBUS ET PRÆJUDICIIS.

1. *Ulpianus lib. 4 ad Edictum.*

AGERE etiam is videtur, qui exceptione utitur: nam reus in exceptione actor est.

Eum, qui cepit, agere.

2. *Idem lib. 74 ad Edictum.*

Exceptio dicta est quasi quædam exclusio, quæ inter opponi actioni cuiusque rei solet ad excludendum id quod in intentionem condemnationemve deductum est.

Definitio exceptionis.

§. 1. Replicationes nihil aliud sunt, quam exceptiones, et à parte actoris veniunt: quæ quidem idèò necessariae sunt, ut exceptiones excludant: semper enim replicatio idcirco objicitur, ut exceptionem oppugnet.

De replicatione.

§. 2. Illud tenendum est, omnem exceptionem vel replicationem exclusoriam esse: exceptio actorem excludit, replicatio reum.

De vi excludendi.

De triplicacione, quadruplicacione.

§. 3. Sed et contra replicationem solet dari triplicatio, et contra triplicationem rursus : et deinceps multiplicantur nomina : dum aut reus, aut actor objicit.

De perpetuis, seu peremptoriis et temporaliibus seu dilatoriis.

§. 4. Sanè solemus dicere quasdam exceptiones esse dilatorias, quasdam peremptorias : utputà dilatoria est exceptio, quæ differt actionem : veluti procuratoria exceptio dilatoria est. Nam qui dicit non licere procuratorio nomine agi, non prorsus litem inficiatur, sed personam evitat.

3. *Gaius lib. 1 ad Edictum provinciale.*

Exceptiones, aut perpetuæ et peremptoriæ sunt, aut temporales et dilatoriæ. Perpetuæ, atque peremptoriæ sunt, quæ semper locum habent, nec evitari possunt : qualis est doli mali, et rei judicatæ, et si quid contra leges senatusve consultum factum esse dicetur : item pacti conventi perpetui, id est, ne omnino pecunia petatur. Temporales, atque dilatoriæ sunt, quæ non semper locum habent, sed evitari possunt : qualis est pacti conventi temporalis, id est, ne fortè intra quinquennium ageretur. Procuratoriæ quoque exceptiones dilatoriæ sunt, quæ evitari possunt.

4. *Paulus lib. 20 ad Edictum.*

De pupillo.

In pupillo, cui soluta est debita pecunia sine tutoris auctoritate, si quæretur an doli exceptione summoveri debeat : illud tempus inspicitur, an pecuniam, vel ex ea aliquid habeat, quo petit.

5. *Idem lib. 18 ad Edictum.*

De pluribus exceptionibus.

Is qui dicit se jurasse, potest et aliis

3. On est encore dans l'usage d'accorder une triplique contre la réplique, et encore des contredits à la triplique, et ainsi de suite en multipliant les noms, suivant que le défendeur ou le demandeur se font de nouvelles réponses.

4. Nous distinguons ordinairement les exceptions en dilatoires et péremptoires ; l'exception dilatoire est celle qui diffère l'action, par exemple si on oppose au demandeur qu'il n'est point chargé de procuration. Car celui qui dit que le demandeur n'a point qualité de fondé de procuration ne refuse pas de répondre sur la demande, mais il évite la personne en la faisant déclarer non-recevable.

3. *Gaius au liv. 1 sur l'Edit provinciale.*

Les exceptions sont ou perpétuelles et péremptoires, ou temporelles et dilatoires. Les exceptions perpétuelles et péremptoires sont celles qu'on peut toujours opposer, et à l'effet desquelles le demandeur ne peut pas se soustraire. Telles sont les exceptions fondées sur la mauvaise foi du demandeur, sur l'autorité de la chose jugée ; celles par lesquelles on soutient que quelque chose a été faite contre les lois ou les sénatus-consultes ; celles qui sont fondées sur un pacte perpétuel fait avec le demandeur, par lequel il s'est soumis à ne demander la somme en question dans aucun temps. Les exceptions temporelles et dilatoires sont celles qu'on ne peut pas opposer en tout temps, et auxquelles le demandeur peut se soustraire : comme seroit une exception fondée sur une convention faite avec le demandeur, par laquelle il s'est soumis à ne point intenter l'action dont il s'agit pendant l'espace de cinq ans. Les exceptions fondées sur le défaut de procuration sont aussi dilatoires.

4. *Paul au liv. 20 sur l'Edit.*

Un pupille a reçu le paiement d'une somme sans être autorisé de son tuteur ; il demande cette somme une seconde fois. Pour savoir si on peut lui opposer l'exception fondée sur la mauvaise foi pour le faire débouter de sa demande, il faut examiner si, dans le temps où il la forme, il a encore l'argent qu'il a reçu, ou s'il a acquis quelque chose avec cet argent.

5. *Le même au liv. 18 sur l'Edit.*

Celui qui oppose pour exception qu'il a

déjà fait serment en justice qu'il ne doit point la somme qu'on lui demande, peut employer d'autres exceptions ou seules, ou conjointement avec celle qui est fondée sur le serment qu'il a fait : car il est permis de se servir à la fois de plusieurs moyens de défense.

6. *Le même au liv. 71 sur l'Edit.*

Si le légataire me demande la chose qui lui a été léguée, je peux le faire débouter de sa demande en lui opposant la mauvaise foi du testateur. Car, de même que cette exception a lieu contre l'héritier, parce qu'il succède à titre universel, on peut aussi l'opposer au légataire par rapport à la chose particulière à laquelle il succède.

7. *Le même au liv. 3 sur Plautius.*

Les exceptions qui sont attachées à la personne ne passent pas à d'autres. Par exemple un coassocié, un père, un patron ont le privilège de ne pouvoir être condamnés que jusqu'à concurrence de ce qu'ils peuvent fournir sans se réduire à l'indigence; mais cette exception ne pourroit pas être opposée par celui qui auroit répondu pour eux. Ainsi un répondant donné par un mari après la dissolution du mariage pour assurer la restitution de la dot, seroit condamné à la restitution de cette dot en entier.

1. Mais les exceptions attachées à la chose profitent au répondant comme au principal obligé. Telles sont les exceptions fondées sur l'autorité de la chose jugée, sur la mauvaise foi du demandeur, sur le serment déjà fait en justice par le défendeur, sur une crainte grave. Ainsi, si le principal obligé a fait avec son créancier une convention par laquelle celui-ci a promis de ne point demander la chose, et si cette convention est réelle et non personnelle, elle produira une exception en faveur du répondant. L'exception fondée sur ce qu'une femme s'est obligée pour autrui, sur ce que la demande qu'on forme iroit au détriment de la liberté, peut être aussi opposée par le répondant. Il en sera de même de celui qui a répondu pour un fils de famille à qui on a prêté contre la disposition du sénatus-consulte Macédonien, ou pour un mineur de vingt-cinq ans qui a été trompé par la mauvaise foi de sa partie. Si le mineur a été trompé par sa facilité en contractant, on ne vient point à son secours avant qu'il

exceptionibus uti cum exceptione jurisjurandi, vel aliis solis : pluribus enim defensionibus uti permittitur.

6. *Idem lib. 71 ad Edictum.*

Si rem legatam petat legatarius, ut de dolo testatoris excipitur. Nam sicut heredes qui in universum jus succedunt, summovetur exceptione : ita et legatarius debet summoveri, quasi unius rei successor.

De herede et legatario.

7. *Idem lib. 3 ad Plautium.*

Exceptiones quæ personæ cujusque cohærent, non transeunt ad alios : veluti ea quam socius habet exceptionem, quod facere possit, vel parens, patronusve : non competit fidejussori. Sic mariti fidejussor post solum matrimonium datus, insolidum dotis nomine condemnatur.

De personalibus et realibus.

§. 1. Rei autem cohærentes exceptiones etiam fidejussoribus competunt : ut rei judicatæ, doli mali, jurisjurandi, quod metus causa factum est. Igitur et si reus pactus sit in rem, omnimodò competit exceptio fidejussori. Intercessionis quoque exceptio : item quod libertatis onerandæ causa petitur, etiam fidejussori competit. Item dicitur, et si pro filiofamilias contra senatusconsultum quis fidejusserit, aut pro minore viginti quinque annis circumscripto. Quòd si deceptus sit in re, tunc nec ipse antè habet auxilium, quàm restitutus fuerit : nec fidejussori danda est exceptio.

De reo et fidejussore.

De pluribus exceptionibus. 8. *Idem lib. 14 ad Plautium.*
Nemo prohibetur pluribus exceptionibus uti, quamvis diversæ sunt.

De confessione. 9. *Marcellus lib. 3 Digestorum.*
Non utique existimatur confiteri de intentione adversarius quo cum agitur, quia exceptione utitur.

De re judicata. 10. *Modestinus lib. 12 Responsorum.*
Modestinus respondit : *Res inter alios judicata aliis non obest ; nec si is contra quem judicatum est, heres extiterit ei contra quem nihil pronuntiatum est : hereditariam ei litem inferenti præscribi ex ea sententia posse , quam proprio nomine disceptans , antequam heres extiterit , ex cepit.*

De instrumentis. 11. *Idem lib. 13 Responsorum.*
Qui adgnitis instrumentis, quasi vera essent, solvit post sententiam judicis : quæro, si postea cognita rei veritate, et repertis falsis instrumentis accusare velit et probare falsa esse instrumenta, ex quibus conveniebatur, cum instrumentis subscripserat ex præcepto, sive interlocutione judicis, an præscriptio ei opponi possit, cum et principalibus constitutionibus manifestè cavetur, *etsi res judicata esset ex falsis instrumentis, si postea falsa inveniantur, nec rei judicatæ præscriptionem opponi ?* Modestinus respondit, ob hoc, quòd per errorem solutio facta est, vel cautio de solvendo interposita proponitur ex his instrumentis quæ nunc falsa dicuntur, præscriptioni locum non esse.

De actore in præjudiciis. 12. *Ulpianus lib. 38 ad Edictum.*
Generaliter in præjudiciis is actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum id quod intendit.

De petitione 13. *Julianus lib. 50 Digestorum.*
Si post litem de hereditate contestatam

ait été restitué ; le répondant ne peut point opposer d'exception.

8. *Le même au liv. 14 sur Plautius.*
Il est permis de se servir de plusieurs exceptions, quoiqu'elles soient d'une nature différente.

9. *Marcellus au liv. 3 du Digeste.*
On n'est point censé convenir de la justice de la demande au fond, quoiqu'on se défende par des fins de non-recevoir.

10. *Modestin au liv. 12 des Réponses.*
Modestin a répondu : Un jugement obtenu par autrui ne peut pas nuire à ceux qui n'étoient pas parties ; dans le cas même où celui contre qui le jugement a été rendu viendrait à hériter de celui qui a gagné le procès, on ne pourroit pas exciper contre lui de l'inutilité des moyens qu'il a proposés lorsqu'il poursuivoit l'affaire en son nom.

11. *Le même au liv. 13 des Réponses.*
Un particulier a reconnu comme vrais des billets faux, et il a payé en conséquence d'une sentence du juge qui l'a condamné. Depuis il a été plus instruit de la vérité des faits, il a découvert que les billets étoient faux ; il veut s'inscrire en faux contre ces billets, et est prêt à prouver leur fausseté. Comme il a consenti ces billets d'après l'ordonnance du juge, on demande si on peut lui opposer une fin de non-recevoir ; on observe qu'il est décidé par les ordonnances des princes, que même après un jugement obtenu sur de fausses pièces, si on en découvre la fausseté par la suite, on ne pourra point opposer de fin de non-recevoir à la partie qui voudra revenir contre le jugement ? Modestin a répondu qu'il n'y avoit pas lieu dans le cas proposé à opposer une fin de non-recevoir ; parce que c'est par erreur qu'on a payé ou qu'on a promis de payer des billets dont on offre de prouver la fausseté.

12. *Ulpien au liv. 38 sur l'Edit.*
En général, dans les exceptions fondées sur ce que la décision d'une affaire formeroit un préjugé pour une autre affaire plus considérable sur laquelle les parties sont en instance, la qualité de demandeur appartient à celui dont la demande est conforme à ce qu'il avance.

13. *Julien au liv. 50 du Digeste.*
Si après un jugement porté sur une de-

mande générale en hérédité, celui qui a succombé forme une demande particulière de certains effets de la succession, on ne pourra pas lui opposer pour fin de non-recevoir que sa demande formeroit un préjugé contre le jugement prononcé sur la pétition générale de l'hérédité; parce que ces sortes d'exceptions s'opposent pour qu'on ne fasse pas de préjugé à un jugement à intervenir, et non à un jugement intervenu.

14. *Alfenus-Varus au liv. 2 du Digeste.*

Un fils de famille a vendu un esclave de son pécule; le prix lui en a été promis par une stipulation. Cet esclave est renté dans les biens du fils de famille vendeur en vertu d'une clause redhibitoire, et il est mort. Le père demande à l'acheteur le prix qu'il a promis à son fils par stipulation. On a décidé qu'il étoit juste que l'acheteur pût lui opposer une exception expositive du fait, en alléguant qu'il a véritablement promis de l'argent, mais pour un esclave, lequel est depuis rentré dans les biens du vendeur en vertu d'une clause redhibitoire.

15. *Julien au liv. 4 sur Urséius-Férox.*

Lorsque le défendeur propose une exception fondée sur le serment qu'il a fait en justice, on ne peut pas lui opposer une réplique fondée sur sa mauvaise foi; parce que le prêteur doit veiller à ce qu'on n'élevé plus de question sur un serment une fois fait en justice.

16. *Africain au liv. 9 des Questions.*

Vous êtes en possession du fonds Titien, et il y a une instance entre nous sur la propriété de ce fonds. Je soutiens de plus qu'il est dû à ce fonds une servitude de passage par le fonds Sempronien, qui est incontestablement à vous. Si je forme la demande de servitude, Julien pense que vous pourrez m'opposer valablement une exception fondée sur ce que la décision de cette question ne doit pas former un préjugé contre l'instance qui est pendante entre nous sur la propriété: en sorte que je ne sois admis à prouver que la servitude de passage m'est due qu'après que j'aurai prouvé que le fonds Titien est à moi.

17. *Paul au liv. 70 sur l'Édit.*

Mais si je commence par revendiquer la servitude, et qu'ensuite je revendique le fonds Titien; comme il y a deux objets de

res singulæ petantur, placet non ob stare exceptionem, *Quod præjudicium hereditati non fiat*: futuri enim judicii, non facti nomine hujusmodi exceptiones comparatæ sunt.

hereditatis, et rerum singularium.

14. *Alfenus Varus lib. 2 Digestorum.*

Filiusfamilias peculiarem servum vendidit: pretium stipulatus est. Is homo redhibitus, et postea mortuus est: et pater ejus pecuniam ab emptore petebat, quam filius stipulatus erat. Placuit æquum esse, in factum exceptionem eum objicere, *Quod pecunia ob hominem illum expromissa est, qui redhibitus est.*

De redhibitione.

15. *Julianus lib. 4 ad Urseium Ferozem.*

Adversus exceptionem jurisjurandi replicatio doli mali non debet dari: cum prætor id agere debet, ne de jurejurando cujusquam quærat.

De jurejurando et de dolo.

16. *Africanus lib. 9 Quæstionum.*

Fundum Titianum possides, de cujus proprietate inter me et te controversia est: et dico prætereà viam ad eum per fundum Sempronianum, quem tuum esse constat deberi. Si viam petam, exceptionem, *Quod præjudicium prædico non fiat*, utilem tibi fore putavit: videlicet quod non aliter viam mihi deberi probaturus sim, quam prius probaverim fundum Titianum meum esse.

De petitione fundi et servitutis.

17. *Paulus lib. 70 ad Edictum.*

Sed si antè viam, deinde fundum Titianum petat: quia et diversa corpora sunt, et causæ restitutionum dispare, non

nocebit exceptio.

18. *Africanus lib. 9 Quæstionum.*

De petitione
fundi vel partis,
et judicio com-
muni dividundo,
vel petitione
fructuum.

Fundi, quem tu proprium tuum esse dicis, partem à te peto : et volo simul judicio quoque communi dividundo agere sub eodem iudice. Item si ejus fundi, quem tu possideas, et ego proprium meum esse dicam, fructus condicere tibi velim : quæsitum est, an exceptio, *Quòd præjudicium fundo, partive ejus non fiat*, obstat, an deneganda sit ? Et utrobique putat intervenire prætorem debere, nec permittere petitori priusquam de proprietate constet, hujusmodi iudicii experiri.

19. *Marcianus lib. 15 Institutionum.*

De reo et fide-
jussore.

Omnes exceptiones quæ reo competunt, fidejussori quoque, etiam invito reo competunt.

20. *Paulus lib. singulari de conceptione
Formularum.*

De causis ex-
ceptionum.

Exceptiones opponuntur, aut quia factum sit quod fieri oportet : aut quia factum sit quod fieri non oportuit, aut quia factum sit quod fieri debuerat. Quia factum est quod fieri oportuit, datur exceptio rei venditæ et traditæ, et rei iudicatae. Quia factum est quod fieri non oportuit, datur exceptio doli mali. Quia non factum est quod fieri debuit, ut bonorum possessionis non datæ.

21. *Neratius lib. 4 Membranarum.*

De controversi-
a rei majoris,
et rei minoris.

Rei majoris pecuniæ præjudicium fieri videtur, cum ea quæstio in iudicium deducitur, quæ vel tota, vel ex aliqua parte communis est quæstioni de re majori.

demande séparés, et que les causes de restitution sont différentes, cette exception ne pourra pas m'être opposée valablement.

18. *African au liv. 9 des Questions.*

Je revendique sur vous la moitié d'un fonds que vous soutenez vous appartenir en entier, et je veux en même temps intenter contre vous l'action en partage de ce fonds devant le même juge; ou bien vous êtes en possession d'un fonds que je soutiens être à moi, et je veux intenter contre vous l'action personnelle en restitution des fruits. Pouvez-vous m'opposer une exception fondée sur ce que je ne dois point former une demande dont la décision fasse un préjugé à l'instance pendante sur la propriété de la totalité ou de la moitié du fonds, ou doit-on vous refuser cette exception ? Julien décide que dans l'un et l'autre cas le préteur doit interposer son autorité, et qu'il ne doit pas permettre au demandeur de former ces questions préjudicielles avant que l'instance sur la propriété soit terminée.

19. *Marcien au liv. 13 des Institutes.*

Toutes les exceptions qui appartiennent au principal obligé appartiennent, même malgré lui, à son répondant.

20. *Paul au liv. unique de la manière de
dresser les Formules.*

Les causes des exceptions sont, ou parce qu'on a fait ce qu'on a dû faire, ou parce que l'adversaire a fait ce qu'il ne devoit pas faire, ou parce qu'il n'a pas fait ce qu'il devoit faire. L'exception fondée sur ce qu'on a vendu et livré la chose, ou sur l'autorité de la chose jugée, a pour motif qu'on a fait ce qu'on a dû faire. L'exception fondée sur la mauvaise foi de l'adversaire a pour motif qu'il a fait ce qu'il ne devoit pas faire. L'exception fondée sur ce qu'on n'a point été admis en la possession dans laquelle on a été envoyé par le juge, a pour motif que l'adversaire n'a pas fait ce qu'il devoit faire.

21. *Nératius au liv. 4 des Feuilles.*

Une cause est censée faire un préjugé pour une autre cause plus considérable, quand on porte en justice une demande qui est commune en tout ou en partie avec une instance pendante sur un objet plus important.

22. *Paul au liv. unique des différentes Leçons.*

L'exception est une allégation qui en certains cas soustrait entièrement le défendeur à la condamnation, et qui dans d'autres cas diminue la condamnation.

1. La réplique est un contredit à l'exception, c'est pour ainsi dire l'exception de l'exception.

23. *Labéon au liv. 7 des Conjectures abrégées par Paul.*

Paul : Si quelqu'un place une statue dans une ville avec l'intention qu'elle appartienne à la ville ; s'il veut ensuite la lui redemander, on lui opposera une exception expositive du fait, qui le fera débouter de sa demande.

24. *Hermogénien au liv. 7 de l'Abregé du droit.*

Un fils de famille qui a juré en justice que son père ne devoit rien, acquiert à son père l'exception à laquelle ce serment donne lieu.

TITRE II.

DE L'EXCEPTION FONDÉE SUR L'AUTORITÉ DE LA CHOSE JUGÉE.

1. *Ulpian au liv. 2 sur l'Edit.*

COMME les jugemens intervenus dans la cause d'autrui ne peuvent préjudicier à ceux qui n'ont point été parties, quand même un testament auroit été déclaré nul, ou non revêtu des solennités de droit, ou infirmé vis-à-vis de certaines personnes, cela n'empêcherait pas d'autres de demander, en vertu du même testament, la liberté ou un legs. Et quand le légataire, demandant son legs, auroit succombé contre l'héritier, rien n'empêche qu'on ne forme contre lui la demande d'une liberté laissée dans le même testament

2. *Le même au liv. 13 sur l'Edit.*

Un particulier a formé une demande contre l'héritier d'un testateur qui avoit passé sous silence son fils émancipé ; il a été débouté de sa demande, parce que l'héritier lui a opposé par forme d'exception que le testament dans lequel il étoit institué étoit dans le cas d'être infirmé par le préteur,

Tome VI.

22. *Paulus lib. singulari de variis Lectionibus.*

Exceptio est conditio, quæ modò eximit reum damnatione, modò minuit damnationem.

Quid sit exceptio, et de ejus effectu.

§. 1. *Replicatio est contraria exceptio, quasi exceptionis exceptio.* De replicatione.

23. *Labeo lib. 7 Pitthanon à Paulo epitomatorum.*

Paulus : Si quis statuam in municipio ea mente posuit, ut ea municipii esset, et eam petere vult, excludi eum oportet præscriptione in factum data.

De statua in municipio posita.

24. *Hermogenianus lib. 7 juris Epitomarum.*

Filiusfamilias exceptionem jurisjurandi patri quærit, si eum dare non oportere juraverit.

De jurejurande filifamilias.

TITULUS II.

DE EXCEPTIONE REI JUDICATÆ.

1. *Ulpianus lib. 2 ad Edictum.*

CUM res inter alios judicatæ, nullum aliis præjudicium faciant, ex eo testamento, ubi libertas data est, vel legato, agi potest : licet ruptum, vel irritum, aut non justum dicatur testamentum : nec si superatus fuerit legatarius, præjudicium libertati fit.

De re inter alios judicata.

2. *Idem lib. 13 ad Edictum.*

Qui cum herede ejus egit, qui filium præterierat, et exceptione summotus est : Ac si non in ea causa sint tabulæ testamenti, ut contra eas honorum possessio dari possit : omittente emancipato filio bonorum possessionem, non iniquè restituetur, ut agat cum herede. Et ita Ju-

De causa exceptionis sublata.

lianus libro quarto digestorum scripsit.

3. *Idem lib. 15 ad Edictum.*

De eadem questione De petitione hereditatis, et singularum rerum.

Julianus libro tertio digestorum respondit, exceptionem rei judicatæ obstare, quotiens eadem quæstio inter easdem personas revocatur. Et ideò et si singularibus rebus petitis hereditatem petat, vel contrà, exceptione summovebitur.

4. *Idem lib. 72 ad Edictum.*

De his qui rem in judicium deducunt.

Rei judicatæ exceptio tacite continere videtur omnes personas quæ rem in judicium deducere solent.

5. *Idem lib. 74 ad Edictum.*

Si eadem res alia actione petitur.

De eadem re agere videtur, et qui non eadem actione agat, qua ab initio agebat, sed etiam si alia experiatur, de eadem tamen re. Utputà si quis mandati acturus, cum ei adversarius judicio sistendi causa promississet, propter eandem rem agat negotiorum gestorum, vel condicat, de eadem re agit. Rectèque ita definitur, eum demùm de re non agere, qui prorsus rem ipsam non persequitur. Cæterùm cum quis actionem mutat, et experitur, dummodò de eadem re experiatur : etsi diverso genere actionis, quam instituit, videtur de ea re agere.

6. *Paulus lib. 70 ad Edictum.*

De ratione et usu hujus exceptionis.

Singulis controversiis singulas actiones, unumque judicati finem sufficere, probabili ratione placuit : ne aliter modus litium multiplicatus summam, atque inexplicabilem faciat difficultatem : maximè si diversa pronuntiarentur. Parere ergo exceptionem rei judicatæ frequens est.

qui pourroit accorder au fils la succession prétorienne. Le fils émancipé ayant négligé de demander cette succession, il est juste que ce particulier puisse former de nouveau sa demande contre l'héritier. Julien le décide ainsi au livre quatre du digeste.

3. *Le même au liv. 15 sur l'Edit.*

Julien décide au livre trois du digeste, que l'exception fondée sur l'autorité d'un jugement intervenu, peut être valablement opposée, quand ce sont les mêmes personnes qui forment de nouveau la même demande. Ainsi, si ayant échoué dans la demande particulière des effets d'une succession, on demande la succession entière, ou réciproquement, on sera débouté par une fin de non-recevoir tirée du jugement qui est intervenu.

4. *Le même au liv. 72 sur l'Edit.*

L'exception tirée de l'autorité du jugement intervenu comprend tacitement toutes les personnes qui peuvent être parties dans une cause.

5. *Le même au liv. 74 sur l'Edit.*

Ou est censé renouveler la même question qui a été décidée par un jugement, quoiqu'on se serve d'une action différente de celle qu'on avoit employée d'abord, pourvu que la demande qu'on forme ait le même objet. Par exemple, si quelqu'un ayant échoué en intentant l'action du mandat après que son adversaire lui a promis de se présenter en jugement, se sert de l'action *negotiorum gestorum*, ou de la condition, pour obtenir la même chose, il est censé renouveler la même demande. Ainsi on doit décider que pour n'être pas censé former la même demande, il faut que l'objet de la première demande soit changé ; si on ne fait que changer d'action, on est toujours censé renouveler la même question.

6. *Paul au liv. 70 sur l'Edit.*

On a décidé, avec beaucoup de raison, que chaque contestation auroit son action particulière, et qu'un seul jugement suffisoit pour terminer la même question ; autrement les procès se multiplieroient à l'infini : ce qui causeroit la plus grande confusion, sur-tout si différens jugemens sur la même question étoient contraires. On voit donc que l'usage de l'exception fondée sur l'auto-

rité d'un jugement intervenu doit être très-fréquent.

7. *Ulpian au liv. 75 sur l'Edit.*

Si quelqu'un ayant échoué dans la demande de la totalité, forme de nouveau la demande d'une partie, on lui opposera valablement l'exception fondée sur l'autorité du jugement intervenu : car la partie est contenue dans le tout ; et c'est former la même demande que de demander partie d'une chose dont on a ci-devant demandé la totalité. Peu importe qu'il s'agisse d'un corps certain, d'une somme ou d'un droit. Ainsi on opposera cette exception à celui qui, ayant demandé un fonds, en demanderait de nouveau une partie divisée ou indivise, ou à celui qui demanderait un certain lieu de ce fonds qu'il désigneroit. Il faut dire la même chose si on a échoué dans la demande de deux effets, et qu'ensuite on demande séparément l'un des deux. Il en sera de même si, après avoir échoué dans la demande d'un fonds, on demande les arbres qui ont été coupés dans ce même fonds ; si, ayant demandé une maison, on demande les poutres ou les pierres qui entrent dans sa construction ; si, ayant formé la demande d'un vaisseau, on demande en particulier les pièces dont il étoit composé.

1. C'est une grande question de savoir si, après avoir formé la demande d'une esclave enceinte, cette esclave a conçu et est accouchée après la contestation, qu'ensuite je forme la demande de l'enfant dont elle est accouchée, je suis censé former la même demande, ou une demande différente. On peut décider qu'on forme une même demande, quand on demande devant le second juge la même chose qu'on avoit demandée devant le premier. Ainsi, dans presque tous les cas proposés, l'exception fondée sur le jugement déjà intervenu aura son effet.

2. Mais il n'en est pas de même par rapport aux matériaux et aux poutres des maisons : car, si ayant échoué dans la demande d'une maison, on réclame les matériaux ou les poutres, ou quelque autre chose comme étant à soi, on est censé former une demande différente de la première. En effet quelqu'un peut être propriétaire d'une maison sans l'être des matériaux et des poutres qui entrent dans sa construction. Enfin, celui dont les maté-

7. *Ulpianus lib. 75 ad Edictum.*

Si quis, cum totum petisset, partem **De toto et parte.** petat, exceptio rei judicatae nocet : nam pars in toto est : eadem enim res accipitur, et si pars petatur ejus quod totum petitum est. Nec interest, utrum in corpore hoc quaeratur, an in quantitate, vel in jure. Proinde si quis fundum petierit, deinde partem petat vel pro diviso, vel pro indiviso, dicendum erit exceptionem obstare. Proinde et si proponas mihi certum locum me petere ex eo fundo quem peti, obstabit exceptio. Idem erit probandum, et si duo corpora fuerint petita, mox alterutrum corpus petatur : nam nocet exceptio. Item si quis fundum petierit, mox arbores excisas ex eo fundo petat : aut insulam petierit, deinde aream, vel tigna, vel lapides petat. Item si navem petiero, postea singulas tabulas vindicem.

§. 1. Si ancillam praegnantem petiero, et post litem contestatam conceperit, et pepererit, mox partem ejus petam : utrum idem petere videor, an aliud, magnaest quæstionis est. Et quidem ita definiiri potest, totiens eandem rem agi, quotiens apud judicem posteriorem id quaeritur, quod apud priorem quaesitum est. In his igitur ferè omnibus exceptio nocet.

De parte.

§. 2. Sed in cæmentis et tignis diversum est : nam is qui insulam petit, si cæmenta, vel tigna, vel quid aliud suum petat, in ea conditione est, ut videatur aliud petere. Etenim cujus insula est, non utique et cæmenta sunt. Denique ea quæ juncta sunt ædibus alienis, separata dominus vindicare potest.

De cæmentis et tignis.

De fructibus.

§. 3. De fructibus eadem quæstio est, et de partu : hæc enim nondum erant in rebus humanis, sed ex re sunt quæ petita est : magisque est, ut ista exceptio non noceat. Planè si in restitutionem vel fructus, vel etiam partus venerunt, æstimatione sunt, consequens erit dicere exceptionem objiciendam.

De eadem quæstione. De petitione hereditatis, et singularium rerum,

§. 4. Et generaliter (ut Julianus definit) *exceptio rei judicate obstat, quotiens inter easdem personas eadem quæstio revocatur, vel alio genere judicii.* Et ideò si hereditate petita singulas res petat, vel singulis rebus petitis hereditatem petat : exceptione summovebitur.

Vel debiti hereditarii.

§. 5. Idem erit probandum, et si quis debitum petierit à debitore hereditario, deinde hereditatem petat : vel contrà, si antè hereditatem petierit, et postea debitum petat : nam et hic obstat exceptio : nam cum hereditatem peto, et corpora et actiones omnes quæ in hereditate sunt, videntur in petitione deduci.

8. Julianus lib. 51 Digestorum.

De petitione partis, et iudicio divisorio.

Item parte fundi petita familiæ eriscundæ, vel communi dividundo agit, æque exceptione summovebitur.

9. Ulpianus lib. 75 ad Edictum.

De causa exceptionis sublata

Si à te hereditatem petam, cum nihil possideres : deinde ubi cœperis aliquid possidere, hereditatem petam, an noceat exceptio illa? Et putem, sive fuit judica-

riaux ont été employés pour construire la maison d'autrui, peut les revendiquer lorsqu'ils sont séparés de l'édifice.

3. On peut dire la même chose à l'égard des fruits qu'à l'égard de l'enfant dont une esclave est enceinte; ces choses n'existent pas encore, cependant elles tirent leur origine de la chose principale dont on a formé la demande: il est plus probable qu'on ne pourroit point opposer utilement l'exception si on en formoit la demande par la suite. Mais si les fruits ou l'enfant dont il s'agit ont été compris dans la restitution de la chose principale à laquelle quelqu'un a été condamné, et qu'en conséquence il en ait payé l'estimation, si on les redemandoit une seconde fois, il pourroit opposer l'exception fondée sur l'autorité du jugement intervenu.

4. Enfin il faut dire avec Julien, que l'exception fondée sur l'autorité d'un jugement intervenu fait débouter d'une nouvelle demande, quand cette nouvelle demande est formée entre les mêmes personnes, quand même elles se serviroient d'une autre espèce d'action. Ainsi un demandeur seroit débouté par cette fin de non-recevoir si, ayant échoué dans la demande de toute une succession, il en formoit une sur des effets particuliers de cette succession, ou réciproquement.

5. Il faudra dire la même chose si quelqu'un, ayant échoué contre le débiteur d'une succession, demande ensuite la succession elle-même; ou si, ayant échoué dans la demande d'une succession, il veut actionner un débiteur de cette succession. On lui opposera la fin de non-recevoir fondée sur le jugement intervenu; parce que, lorsque je demande une succession, je demande tous les effets qui la composent et les actions qui lui appartiennent.

8. Julien au liv. 51 du Digeste.

De même, si celui qui a échoué dans la demande d'une portion d'un fonds, veut intenter relativement à ce fonds l'action en partage, soit comme cohéritier, soit comme copropriétaire, il sera débouté par une fin de non-recevoir tirée du jugement intervenu.

9. Ulpien au liv. 75 sur l'Édit.

J'ai formé contre vous la demande d'hérédité, dans laquelle j'ai échoué, parce que vous ne possédiez aucun des effets de la succession. Depuis vous avez des effets de la

succession entre vos mains, je forme de nouveau la même demande contre vous. Pouvez-vous m'opposer la fin de non-recevoir tirée du jugement intervenu? Je pense que cette fin de non-recevoir n'aura pas d'effet contre moi, soit qu'on eût jugé que la succession étoit à moi, soit qu'on ait absous mon adversaire parce qu'il ne possédoit rien de la succession.

1. Un particulier, croyant être en possession d'un fonds, a été défendeur dans une instance formée par quelqu'un qui prétendoit avoir la possession de ce même fonds. Depuis il a acheté ce même fonds; le procès a été jugé en faveur du demandeur. Ce demandeur est-il obligé de lui rendre le fonds? Neratius décide que si le demandeur forme de nouveau la demande en restitution du fonds contre l'acheteur, et que celui-ci veuille lui opposer la fin de non-recevoir tirée du jugement intervenu, il pourra lui répondre en réplique que le jugement est intervenu en sa faveur.

2. Julien dit que la fin de non-recevoir tirée d'un jugement intervenu passe de l'auteur à l'acheteur, mais ne remonte pas de l'acheteur à son auteur. Ainsi, si vous avez vendu un effet dépendant d'une succession, et que j'aie formé contre l'acheteur la demande de cet effet, qui m'a été adjugé par un jugement, je ne peux point, si vous formez contre moi la demande du même effet, vous opposer une fin de non-recevoir tirée du jugement favorable que j'ai obtenu contre l'acquéreur. Mais si le jugement n'est pas intervenu entre moi et l'acquéreur,

10. *Julien au liv. 51 du Digeste.*

Ou si j'ai succombé dans ma demande, vous ne pourrez pas m'opposer la fin de non-recevoir tirée du jugement intervenu.

11. *Ulpian au liv. 75 sur l'Edit.*

Une mère ayant perdu son fils impubère, a réclamé sa succession en vertu de la disposition du sénatus-consulte Tertyllien, dans l'idée où elle étoit que le testament du père ayant été infirmé, il n'y avoit pas de substitué pupillaire; elle a succombé dans sa demande, par la raison que le testament du père n'avoit pas été infirmé; mais depuis on a ouvert la partie du testament où devoit être contenue la substitution pupillaire, et on a trouvé qu'il n'y avoit point de substitué. Si elle forme de nouveau la demande de la

tum hereditatem meam esse, sive adversarius, quia nihil possideat, absolutus est, non nocere exceptionem.

§. 1. Si quis fundum, quem putabat se possidere, defenderit: mox emerit: re secundum petitem judicata, an restituere cogatur? Et ait Neratius, si actori iterum petenti obijciat exceptio rei judicatæ, replicare eum oportere de re secundum se judicata.

De replicacione rei secundum se judicatæ.

§. 2. Julianus scribit exceptionem rei judicatæ à persona auctoris ad emptorem transire solere, retrò autem ab emptore ad auctorem reverti non debere. Quare si hereditariam rem venderis, ego eandem ab emptore petiero, et vicero: petenti tibi non opponam exceptionem. *At si ea res judicata non sit inter me, et eum cui vendidisti:*

De auctore et emptore.

10. *Julianus lib. 51 Digestorum.*

Item si victus fuero, tu adversus me exceptionem non habebis.

11. *Ulpianus lib. 75 ad Edictum.*

Si mater filii impuberis defuncti ex senatusconsulto bona vindicaverit idcirco, quia putabat rupto patris ejus testamento neminem esse substitutum, victaque fuerit, quia testamentum patris ruptum non erat: postea autem apertis pupillaribus tabulis apparuit non esse ei substitutum: si peteret rursus hereditatem, obstaturum exceptionem rei judicatæ Neratius ait. Ego exceptionem obesse ei rei judicatæ non dubito: sed ex causa succurrendum erit ei, quæ unam tantum causam egit

De petitione ex alia causa.

rupti testamenti.

§. 1. Denique et Celsus scribit, si hominem petiero, quem ob eam rem meum esse existimavi, quod mihi traditus ab alio est, cum is ex hereditaria causa meus esset: rursus petenti mihi obstaturam exceptionem.

§. 2. Si quis autem petat fundum suum esse, eo quod Titius eum sibi tradiderit: si postea alia ex causa petat, causa adjecta, non debet summoverti exceptione.

De auctore et emptore.

§. 3. Item Julianus scribit: Cum ego et tu heredes Titio extitissimus, si tu partem fundi, quem totum hereditarium dicebas, à Sempronio petieris, et victus fueris: mox eandem partem à Sempronio emerò: agenti tibi mecum familiæ erciscundæ, exceptio obstabit: quia res iudicata sit inter te et venditorem meum. Nam et si antè eandem partem petissem, et agerem familiæ erciscundæ, obstaret exceptio, *Quod res iudicata sit inter me et te.*

De petitione ex eadem vel ex alia causa.

§. 4. Eandem causam facit etiam origo petitionis. Cæterum si fortè petiero fundum vel hominem, mox alia causa nova post petitionem mihi accesserit, quæ mihi dominium tribuat: non me repellet ista exceptio; nisi fortè intermissum dominium in medio tempore rediit quodam postliminio. Quid enim si homo quem

succession de son fils, Nératius pense qu'elle sera déboutée par la fin de non-recevoir tirée du jugement intervenu. Pour moi, je ne crois pas que cette fin de non-recevoir puisse avoir l'effet de la faire débouter de cette nouvelle demande, et je pense au contraire qu'on doit venir à son secours; parce qu'elle n'a proposé qu'un moyen en sa faveur, savoir que le testament du père avoit été, à ce qu'elle pensoit, infirmé.

1. Enfin, Celse écrit que si j'ai formé la demande d'un esclave que je soutenois être à moi, parce qu'il m'avoit été livré par quelqu'un, et qu'il se trouve qu'il m'appartenoit, parce que j'en avois hérité, si j'en forme de nouveau la demande on m'en fera débouter en m'opposant la fin de non-recevoir tirée de l'autorité du jugement intervenu.

2. Mais si quelqu'un forme la demande d'un fonds en se fondant sur la délivrance qui lui en a été faite par Titius, et qu'ayant échoué il redemande le même fonds en se fondant sur un autre titre qu'il rapporte, il ne doit point être débouté par la fin de non-recevoir tirée du jugement intervenu.

3. Julien rapporte l'espèce suivante: Nous sommes tous deux héritiers de Titius; vous avez formé contre Sempronius la demande de la moitié d'un fonds que vous prétendiez appartenir en entier à la succession, et vous avez échoué dans cette demande; j'ai moi-même acheté la moitié de ce fonds de Sempronius. Si vous formez contre moi une demande à l'effet d'entrer avec moi en partage de cette moitié de fonds, comme étant mon cohéritier, je pourrai vous opposer la fin de non-recevoir tirée du jugement intervenu; parce que ce jugement a été rendu entre vous et mon vendeur. Car si c'étoit moi qui eusse formé la demande de cette moitié, et qui voudrois ensuite le partager à titre de cohéritier, vous m'opposeriez la même fin de non-recevoir.

4. La généralité d'une première demande fait encore qu'une nouvelle demande est censée la même. Mais si j'ai formé la demande d'un fonds ou d'un esclave, dans laquelle j'ai échoué; qu'ensuite il me survienne depuis ma demande un nouveau titre qui m'en donne la propriété, on ne pourra point m'en faire débouter par la fin de non-

recevoir; à moins que ce ne soit mon ancienne propriété qui, ayant été interrompue pendant quelque temps, me soit rentrée par une espèce de droit de retour. Supposons, par exemple, que l'esclave dont j'ai formé la demande ait été pris par les ennemis, et que depuis il soit revenu dans la patrie, on pourroit en ce cas m'opposer la fin de non-recevoir, parce que ma nouvelle demande tombe sur le même sujet. Mais cette fin de non-recevoir ne pourroit pas m'être opposée, si j'ai acquis la propriété de la chose à un nouveau titre, différent de celui que je faisais valoir dans la première instance. Ainsi, si une chose m'a été léguée conditionnellement, qu'ensuite j'en acquiers la propriété avant l'événement de la condition, et que j'en forme la demande dont je suis débouté; qu'enfin la condition du legs arrivant, j'en forme une seconde fois la demande comme légataire, on ne pourra point m'opposer la fin de non-recevoir tirée du premier jugement; parce que j'avois alors un titre de propriété différent de celui que j'ai aujourd'hui.

5. Ainsi l'acquisition de la propriété faite depuis la première demande change la nature de la cause; mais le changement d'opinion de la part du demandeur ne produit pas le même effet. Par exemple, Titius pensoit qu'une chose lui appartenoit à titre de succession; il change d'idée, et il croit que cette même chose lui appartient à titre de donation. Ce n'est pas là former une nouvelle demande et avoir un nouveau titre; parce que dans la première instance en revendication dans laquelle il a échoué, il a fait juger la cause de sa propriété de quelque nature qu'elle fût et de quelque côté qu'elle lui vint.

6. Si après avoir demandé un droit de passage d'homme, on demande un droit de passage de voiture, je pense que cette nouvelle demande a un autre objet; en sorte qu'on ne pourra pas exciper du jugement intervenu.

7. Notre usage en matière de fin de non-recevoir tirée d'un jugement intervenu, est de comprendre du côté du demandeur toutes les personnes qui ont droit de porter une affaire en justice. De ce nombre est un procureur fondé de procuration, le tuteur, le

petieram, ab hostibus fuerit captus, mox postliminio receptus? Hic exceptione summovebor: quia eadem res esse intelligitur. At si ex alia causa dominium fuerim nactus, non nocebit exceptio. Et ideo si fortè sub conditione res legata mihi fuerit, deinde medio tempore adquisito dominio petam, mox existente conditione legati rursus petam, putem exceptionem non obstare: alia enim causa fuit prioris dominii, hæc nova nunc accessit.

§. 5. Itaque *adquisitum quidem postea dominium aliam causam facit: mutata autem opinio petitoris non facit: utputà opinabatur ex causa hereditaria se dominium habere: mutavit opinionem, et cœpit putare ex causa donationis. Hæc res non parit petitionem novam: nam quaecumque et undecunque dominium adquisitum habuit, vindicatione prima in iudicium deduxit.*

§. 6. Si quis iter petierit, deinde actum petat, *puto fortiùs defendendum, aliud videri tunc petitum, aliud nunc: atque ideo exceptionem rei judicatæ cessare.*

De itinere et actu.

§. 7. Hoc jure utimur, ut ex parte actoris in exceptione rei judicatæ hæ personæ continerentur, quæ rem in iudicium deducunt. Inter hos erunt procurator, cui *mandatum est, tutor, curator furiosi vel pupilli, actor municipum. Ex persona*

De his qui rem in iudicium deducunt.

autem rei etiam defensor numerabitur : quia adversus defensorem qui agit, litem in iudicium deducit.

De filio et patre. §. 8. Si quis hominem à filiofamilias petierit, deinde eundem à patre petat, locum habet hæc exceptio.

De auctore et venditore. §. 9. Si egero cum vicino aquæ pluvie arcendæ, deinde alteruter nostrum prædium vendiderit, et emptor agat, vel cum eo agatur, hæc exceptio nocet : sed de eo opere, quod jam erat factum, cum iudicium acciperetur.

De pignore. §. 10. Item si rem quam à te petierat, Titius pignori Seio dederit, deinde Seius pignoratitia adversus te utatur : distinguendum erit quando pignori dedit Titius. Et si quidem antequàm peteret, non oportet ei nocere exceptionem : nam et ille petere debuit, et ego salvam habere debeo pignoratitiam actionem. Sed si posteaquam petit, pignori dedit, magis est ut noceat exceptio rei iudicatæ.

De identitate spectanda. 12. *Paulus lib. 70 ad Edictum.* Cum quaeritur, hæc exceptio noceat, necne : inspiciendum est an idem corpus sit,

13. *Ulpianus lib. 75 ad Edictum.* Quantitas eadem, idem jus.

De usufructu accrescente. 14. *Paulus lib. 70 ad Edictum.* Et an eadem causa petendi, et eadem conditio personarum : quæ nisi omnia concurrunt

curateur d'un pupille ou d'un interdit, le syndic d'un corps de ville. Du côté du défendeur, on comprend celui qui se charge sans mandat de la défense d'autrui ; on l'appelle défendeur, parce que le demandeur suit l'instance contre ce défendeur.

8. Si ayant échoué dans la demande d'un esclave qu'on formoit contre un fils de famille, on forme la même demande contre son père, on sera débouté par la fin de non-recevoir tirée du jugement intervenu.

9. Si j'ai intenté contre mon voisin l'interdit à l'effet de lui faire détourner les eaux pluviales qu'il faisoit tomber sur mon terrain, et que j'aie échoué dans cette demande, ou qu'il ait été condamné ; qu'ensuite l'un de nous deux vende son fonds, et que le nouvel acquéreur intente le même interdit, ou qu'on l'intente contre lui, la fin de non-recevoir tirée du jugement intervenu aura lieu ; mais seulement à l'égard des ouvrages qui étoient faits lors de ce jugement pour conduire la pluie.

10. De même, si Titius ayant échoué contre vous dans la demande d'une chose, a donné cette même chose en gage à Séius, qu'ensuite Séius se serve contre vous de l'action du gage pour avoir la possession de la chose, il faut distinguer en quel temps Titius a donné la chose en gage. Si Titius m'a donné la chose en gage avant de former sa demande, vous ne pourrez pas m'opposer la fin de non-recevoir tirée du jugement intervenu, parce que Titius a dû former cette demande, mais le jugement n'a pas pu préjudicier à mon droit de gage. Néanmoins s'il ne m'a donné cette chose en gage que depuis qu'il en a formé la demande contre vous, il est plus probable que vous pourrez m'opposer utilement cette fin de non-recevoir.

12. *Paul au liv. 70 sur l'Edit.*

Pour décider si la fin de non-recevoir tirée d'un jugement intervenu doit être admise, il faut examiner si la demande a pour objet le même corps,

13. *Ulpien au liv. 75 sur l'Edit.*

La même quantité, le même droit sur lequel le premier jugement est intervenu.

14. *Paul au liv. 70 sur l'Edit.*

Il faut encore examiner si la demande a le même motif, si les personnes sont dans le

le même état ; si toutes ces considérations ne concourent pas , la demande n'est pas la même. On entend ici par le même corps qui fait l'objet de la demande, celui qui étoit l'objet de la première instance, quoiqu'il y soit survenu quelque changement dans la qualité ou dans la quantité, quelque augmentation ou quelque diminution. Ce mot doit se prendre dans un sens étendu pour l'intérêt des parties.

1. Celui qui ayant la moitié d'un usufruit demande l'usufruit en entier, et est débouté, peut, sans craindre la fin de non-recevoir, demander l'autre moitié d'usufruit qui depuis lui est accrue, parce que l'usufruit accroît à la personne et non à la portion.

2. Il y a en cette matière une différence entre les actions personnelles et les actions réelles ; elle consiste en ce que, lorsqu'il m'est dû par une personne, chaque obligation a sa cause différente, et la demande formée en vertu d'une cause n'empêche pas qu'on ne puisse en former une autre en vertu d'une autre cause. Au lieu que lorsqu'on intente l'action réelle, sans exprimer à quel titre on prétend être propriétaire, le jugement comprend tous les titres de propriété qu'on peut avoir ; parce qu'une même chose ne peut être à moi qu'une fois, au lieu qu'elle peut m'être due plusieurs fois.

3. Si quelqu'un a échoué dans la complainte en matière de saisine et nouvelleté, et qu'il se pourvoie sur le même objet au pétiloire, la fin de non-recevoir tirée du premier jugement n'a pas lieu contre lui, parce que les jugemens en matière de possession et en matière de propriété ne sont pas les mêmes.

15. *Gaius au liv. 30 sur l'Edit provincial.*

Si l y a instance pendante entre nous sur des droits respectifs à une succession, et que vous possédiez certains effets de la succession et moi les autres, rien n'empêche que nous ne formions l'un contre l'autre à l'égard de ces effets la demande de l'hérédité. Mais si l'instance principale étant jugée, vous formez une pareille demande contre moi, il faut distinguer si le jugement est en ma faveur ou contre moi. Si la sentence m'adjuge l'hérédité, je pourrai vous opposer la fin de non-recevoir tirée de ce jugement, parce que, dès que la succession

concurrunt, alia res est. Idem corpus in hac exceptione, non utique omni pristina qualitate vel quantitate servata, nulla adjectione diminutioneve facta, sed pinguius pro communi utilitate accipitur.

§. 1. Qui cum partem ususfructus haberet, totum petit : si postea partem ad crescentem petat, non summovetur exceptione : quia ususfructus non portioni, sed homini ad crescit.

§. 2. Actiones in personam ab actionibus in rem hoc differunt : quòd cum eadem res ab eodem mihi debeatur, singulas obligationes singulæ causæ sequuntur, nec ulla earum alterius petitione vitiat. At cum in rem ago non expressa causa, ex qua rem meam esse dico, omnes causæ una portione adprehenduntur : neque enim amplius quam semel res mea esse potest : sæpius autem deberi potest.

Differentia actionum personalium et realium.

§. 3. Si quis interdicto egerit de possessione, postea in rem agens non repellitur per exceptionem : quoniam in interdicto possessio, in actione proprietas vertitur.

De interdicto et rei vindicatione.

15. *Gaius lib. 30 ad Edictum provinciale.*

Si inter me et te controversia de hereditate sit, et quasdam res ex eadem tu possides, quasdam ego : nihil vetat et me à te, et invicem te à me hereditatem petere. Quòd si post rem judicatam à me petere cœperis, interest utrum meam esse hereditatem pronuntiatum sit, an contrà. Si meam esse, nocebit tibi rei judicatæ exceptio : quia eo ipso, quo meam esse pronuntiatum est, ex diverso pronuntiatum videtur tuam non esse. Si verò meam non esse, nihil de tuo jure judicatum intelligitur : quia potest nec mea he-

De pronuntiatione rem actoris esse, vel rem actoris non esse.

reditas esse, nec tua.

16. *Julianus lib. 51 Digestorum.*

Evidenter enim iniquissimum est, proficere rei judicatæ exceptionem ei contrà quem judicatum est.

17. *Gaius lib. 30 ad Edictum provinciale.*

De possessione.

Si rem meam à te petiero, tu autem ideo fueris absolutus, quòd probaveris sine dolo malo te desuisse possidere: deinde postea cœperis possidere, et ego à te petam, non nocebit mihi exceptio rei judicatæ.

18. *Ulpianus lib. 80 ad Edictum.*

Si quis ad exhibendum egerit, deinde absolutus fuerit adversarius, quia non possidebat, et dominus iterum agat, nancto eo possessionem, rei judicatæ exceptio locum non habebit: quia alia res est.

19. *Marcellus lib. 19 Digestorum.*

De hypothecaria actione.

Duobus diversis temporibus eandem rem pignori dedit: egit posterior cum priore pignoratitia, et obtinuit: mox ille agere simili actione instituit. Quæsitum est, an exceptio rei judicatæ obstaret? Si opposuerat exceptionem rei sibi antè pignoratæ, et nihil aliud novum et validum adjecerit, sine dubio obstat: eandem enim questionem revocat in judicium.

20. *Pomponius lib. 16 ad Sabinum.*

De eo quod in prima pignoratitia constitutum fuit.

Si ex testamento actum sit cum herede ab eo qui cum totum argentum ei legatum erat, mensas duntaxat sibi legatas putaret, earumque duntaxat æstimationem in

a été déclarée être à moi, elle est par conséquent déclarée n'être pas à vous. Mais si on a simplement prononcé que la succession n'étoit pas à moi, on n'a rien statué sur votre droit; parce qu'il se peut faire que cette succession ne soit ni à vous ni à moi.

16. *Julièn au liv. 51 sur l'Edit.*

Il seroit en effet très-injuste que celui contre qui un jugement a été rendu pût exciper de ce même jugement.

17. *Gaius au liv. 30 sur l'Edit provinciale.*

Si j'ai formé contre vous la demande d'une chose qui m'appartient, et que vous ayez été absous par la seule raison que vous avez prouvé que vous aviez cessé de le posséder sans mauvaise foi de votre part; que depuis vous en ayez recouvré la possession, et que je forme la même demande contre vous, vous ne pourrez pas m'opposer la fin de non-recevoir tirée du premier jugement.

18. *Ulpien au liv. 80 sur l'Edit.*

Quelqu'un a intenté l'action *ad exhibendum* pour se faire représenter une chose; son adversaire a été absous, parce qu'il ne possédoit pas; depuis il a recouvré la possession, et le maître forme de nouveau cette action contre lui. On ne pourra pas lui opposer la fin de non-recevoir tirée du premier jugement, parce que l'état de la cause n'est pas le même.

19. *Marcellus au liv. 19 du Digeste.*

Un particulier a donné une chose en gage à deux créanciers en différens temps; le second créancier a intenté l'action hypothécaire contre le premier, et il a réussi dans sa demande; le premier créancier intente lui-même cette action contre le second. On demande s'il doit être débouté par la fin de non-recevoir tirée du premier jugement? Si ce premier créancier a opposé la première fois l'exception fondée sur ce que la chose avoit été engagée à lui le premier, et qu'il n'ait point d'autres moyens valides à proposer, cette fin de non-recevoir pourra sans contredit lui être opposée; parce qu'il remet en question une chose déjà jugée.

20. *Pomponius au liv. 16 sur Sabin.*

Un légataire à qui un testateur avoit laissé toute son argenterie par testament, et qui croyoit qu'on ne lui avoit légué que les tables d'argent, a exercé son action contre l'hé-

ritier, et il n'a porté en justice que l'estimation des tables d'argent. *Trebatius* décide qu'il peut intenter ensuite l'action pour avoir toute l'argenterie qui lui a été léguée, et qu'on ne pourra pas le faire débouter par la fin de non-recevoir tirée du premier jugement, et fondée sur ce qu'il n'a point alors formé cette demande, puisque le demandeur n'a pas entendu la former, et que le juge n'a pas entendu prononcer sur cet objet.

21. *Le même au liv. 31 sur Sabin.*

Un testateur m'a légué de l'argenterie ; j'ai demandé mon legs à l'héritier ; ensuite on a trouvé un codicille dans lequel le testateur m'a légué aussi sa garde-robe. Ce legs n'a point été compris dans le premier jugement, parce que les parties et le juge n'ont entendu faire statuer et prononcer que sur le legs de l'argenterie.

1. Si j'ai formé la demande d'un troupeau dans laquelle j'ai échoué, et qu'ensuite je forme une nouvelle demande de ce troupeau, le nombre des bêtes étant augmenté ou diminué, on pourra m'opposer la fin de non-recevoir tirée du premier jugement. Si même je demande de nouveau une bête qui se trouve dans ce troupeau, je pense que cette fin de non-recevoir aura également son effet.

2. Si vous avez formé contre quelqu'un la demande de *Stichus* et de *Pamphile*, que vous prétendiez vous appartenir, et que votre adversaire ayant gagné son procès, vous formiez contre le même la demande de *Stichus* en particulier, que vous prétendez vous appartenir, on vous opposera utilement la fin de non-recevoir.

3. Si j'ai demandé la propriété d'un fonds et qu'ensuite je demande l'usufruit de ce même fonds, sur le fondement que le fonds étant à moi l'usufruit m'en appartient, on m'opposera une fin de non-recevoir tirée du premier jugement ; parce que celui qui a la propriété d'un fonds ne peut pas en revendiquer en particulier l'usufruit. Mais si j'ai d'abord revendiqué simplement l'usufruit comme m'appartenant, et qu'ayant échoué et ensuite acquis la propriété du fonds, je forme de nouveau la demande de l'usufruit, on peut dire que l'état de la cause n'est plus le même, parce qu'ayant acquis la propriété du fonds, l'usu-

fructu fecisset, postea eundem petiturum de argento quoque legato *Trebatius* ait : nec obstaturam ei exceptionem, quod non sit petitum, quod nec actor petere putasset, nec iudex in iudicio sensisset.

21. *Idem lib. 31 ad Sabinum.*

Si cum argentum mihi testamento legatum esset, egerim cum herede : et postea codicillis prolatis vestem quoque mihi legatum esse appareat, non est deducta in superius iudicium vestis causa : quia neque litigatores, neque iudex de alio quam de argento actum intelligant.

§. 1. Si petiero gregem, et vel auctore vel minuto numero gregis, iterum eundem gregem petam, obstabit mihi exceptio. Sed et si speciale corpus ex grege petam, si adfuit in eo grege, puto obstaturam exceptionem.

§. 2. Si *Stichum* et *Pamphilum* tuos esse petieris, et absoluto adversario *Stichum* tuum esse petas ab eodem, exceptionem obstare tibi constat.

De grege.

De petitione duarum rerum, deinde unius.

§. 3. Si fundum meum esse petiero, deinde postea usumfructum ejusdem fundi petam, cui ex illa causa, ex qua fundus meus erat, meus sit : exceptio mihi obstabit : quia qui fundum habet, usumfructum suum vindicare non potest. Sed si usumfructum, cum meus esset, vindicavi, deinde proprietatem nactus, iterum de usufructu experiar, potest dici alia res esse : quoniam postquam nactus sum proprietatem fundi, desinit meus esse prior usufructus, et jure proprietatis quasi ex nova causa rursus meus esse capit.

De fundo et usufructu.

De fidejussione
pro servo.

§. 4. Si pro servo meo fidejusseris, et mecum de peculio actum sit, si postea tecum eo nomine agatur, excipiendum est de re judicata.

22. *Paulus lib. 31 ad Edictum.*

De heredibus
et defuncto.

Si cum uno herede depositi actum sit, tamen et cum cæteris heredibus rectè agetur, nec exceptio rei judicatæ eis proderit. Nam etsi eadem quæstio in omnibus judiciis vertitur, tamen personarum mutatio, cum quibus singulis suo nomine agitur, aliam atque aliam rem facit. Et si actum sit cum herede de dolo defuncti, deinde de dolo heredis ageretur, exceptio rei judicatæ non nocebit: quia de alia re agitur.

23. *Ulpianus lib. 3 Disputationum.*

Desorte et usuris

Si in judicio actum sit, usuræque solæ petitæ sint, non est verendum ne noceat rei judicatæ exceptio circa sortis petitionem: quia enim non competit, nec opposita nocet. Eadem erunt, et si quis bonæ fidei judicio velit usuras tantum persequi: nam nihilominus futuri temporis cedunt usuræ: quandiu enim manet contractus bonæ fidei, current usuræ.

24. *Julianus lib. 9 Digestorum.*

De replicatione
re rei judicate
adversus excep-
tionem domini.

Si quis rem à non domino emerit, mox petente domino absolutus sit, deinde possessionem amiserit, et à domino petierit, adversus exceptionem, si non ejus sit res, replicatione hac adjuvabitur, at si res judicata non sit.

fruit que j'avois auparavant sur ce fonds a cessé de m'appartenir comme droit de servitude, et a commencé à m'appartenir à un nouveau titre, c'est-à-dire par une suite de la propriété.

4. Si vous avez répondu pour mon esclave, et que sur l'action qu'on a intenté contre moi à concurrence du pécule j'aie été déchargé, vous pourrez exciper du jugement rendu en ma faveur.

22. *Paul au liv. 31 sur l'Edit.*

Si un dépositaire intente contre un des héritiers l'action de dépôt, et est débouté de sa demande, il pourra néanmoins intenter la même action contre les autres héritiers, et ils ne pourront pas lui opposer la fin de non-recevoir tirée du premier jugement. Quoique la même question se représente dans les différentes instances, le changement des parties qui défendent chacune en leur propre nom fait que la cause est différente. Si on avoit actionné l'héritier à cause de la mauvaise foi du défunt, et qu'ensuite on l'actionne à cause de sa mauvaise foi personnelle, la cause est encore censée différente.

23. *Ulpien au liv. 3 des Disputes.*

On a formé une instance dans laquelle on n'a demandé que les intérêts de la somme principale qui étoit due, et on a été débouté. Il n'y a pas à craindre en formant la demande de la somme principale, qu'on oppose la fin de non-recevoir tirée de ce jugement: car l'action en demande d'intérêts n'appartenoit pas encore au demandeur, et on ne peut pas exciper de ce qu'il l'a proposée. Il en est de même si, en vertu d'un contrat de bonne foi, le demandeur conclut seulement aux intérêts de la somme: car les intérêts ne cessent pas de courir; parce que, tant que le contrat de bonne foi subsiste, les intérêts courent.

24. *Julien au liv. 9 du Digeste.*

Un particulier a acheté une chose de celui qui n'en étoit pas le maître; le véritable propriétaire a formé contre lui la demande de cette chose; mais l'acheteur a été absous. Depuis cet acheteur a perdu la possession de la chose, qui est retournée au véritable maître; il intente son action contre le maître; celui-ci lui oppose pour exception que la chose est à lui: l'autre peut répliquer que le contraire a été jugé.

25. *Le même au liv. 51 du Digeste.*

Un particulier a formé la demande d'une succession avant d'avoir la qualité d'héritier; depuis qu'il a cette qualité il forme de nouveau la même demande. On ne peut pas lui opposer la fin de non recevoir tirée du premier jugement.

1. L'acheteur a la faculté d'intenter dans six mois l'action redhibitoire, si mieux il n'aime redemander le surplus du prix qu'il a payé à cause de la moins valeur de l'esclave lors de l'achat; car cette dernière action a aussi un effet redhibitoire, si l'esclave a un défaut tel qu'on ne l'aurait point acheté si on l'avoit connu. Ainsi on peut dire que l'acheteur qui se sera servi de l'une de ces actions ne pourra pas intenter l'autre, ou qu'il en sera débouté par la fin de non-recevoir tirée du premier jugement.

2. Vous vous êtes de vous-même mêlé de mes affaires, et vous avez formé en mon nom la demande d'un fonds. Je n'ai pas ratifié cette demande que vous avez formée, mais je vous ai donné un mandat pour former de nouveau la demande de ce même fonds. On ne pourra point opposer la fin de non-recevoir tirée du premier jugement, parce que l'état de la cause a changé depuis qu'il y a eu un mandat. Il en est de même s'il s'agit d'une action personnelle et non d'une action réelle.

26. *Africain au liv. 9 des Questions.*

J'ai intenté une action contre vous par laquelle j'ai soutenu que j'avois droit d'élever ma maison à la hauteur de dix pieds; j'ai été débouté. J'intente contre vous une nouvelle action par laquelle je soutiens que j'ai droit d'élever cette maison à la hauteur de vingt pieds. Vous pouvez m'opposer la fin de non-recevoir tirée du premier jugement. Si même j'intente une action contre vous par laquelle je soutiens que j'ai le droit d'élever cette maison à dix autres pieds de plus de hauteur, vous pourrez également m'opposer cette fin de non-recevoir; parce que je ne peux pas avoir le droit d'élever au-dessus, quand je n'ai pas le droit d'élever au-dessous.

1. De même, si ayant échoué dans la demande d'un fonds, je forme la demande d'une île qui s'est formée le long de ce fonds, je serai débouté de ma demande par la fin

25. *Idem lib. 51 Digestorum.*

Si is qui heres non erat, hereditatem petierit, et postea heres factus eandem hereditatem petet, exceptione rei judicatæ non summovebitur.

De novo jure actoris.

§. 1. Est in potestate emptoris, intra sex menses redhibitoria agere mallet an ea quæ datur, *Quantum minoris homo, cum veniret, fuerit.* Nam posterior actio etiam redhibitionem continet, si tale vitium in homine est, ut eum ob id actor empturus non fuerit. Quare verè dicetur eum qui alterutra earum egerit, si altera postea agat, rei judicatæ exceptione suamoveri.

De redhibitione, et quanto minoris.

§. 2. Si te negotiis meis obtuleris, et fundum nomine meo petieris: deinde ego hanc petitionem tuam ratam non habuero, sed mandavero tibi, ut ex integro eundem fundum peteres, exceptio rei judicatæ non obstabit: alia enim res facta est, interveniente mandato. Idem est, si non in rem, sed in personam actum fuerit.

De negotiorum gestione et mandato.

26. *Africanus lib. 9 Questionum.*

Egi tecum, *jus mihi esse ædes meas usque ad decem pedes altius tollere.* Post ago, *jus mihi esse usque ad viginti pedes altius tollere.* Exceptio rei judicatæ proculdubio obstabit. Sed et si rursus ita agam, *jus mihi esse altius ad alios decem pedes tollere,* obstabit exceptio: cum aliter superior pars jure haberi non possit, quàm si inferior quoque jure habeatur.

De jure alius tollendi.

§. 1. Item si fundo petito, postea insula quæ è regione ejus in flumine nata erit, petatur, exceptio obstatura est.

De fundo et insula è regione ejus in flumine nata.

27. *Neratius lib. 7 Membranarum.*

De indemnitate.

Cum de hoc, an eadem res est, quaeritur, hæc spectanda sunt, personæ: idipsum de quo agitur: causa proxima actionis. Nec jam interest, qua ratione quis eam causam actionis competere sibi existimasset: perinde ac si quis, posteaquam contra eum judicatum esset, nova instrumenta causæ suæ reperisset.

28. *Papinianus lib. 27 Questionum.*

De auctore et successore.

Exceptio rei judicatæ nocet ei qui in dominium successit ejus qui iudicio expertus est.

29. *Idem lib. 1 Responsorum.*

De libertate.

Judicatæ quidem rei præscriptio coheredi, qui non litigavit, obstare non potest: nec in servitutem videtur peti post rem pro libertate judicatam, nondum ex causa fideicommissi manumissus: sed prætoris oportet in ea re sententiam servari, quam pro parte victi præstare non potest. Nam et cum alterum ex coheredibus inofficiosi quæstio tenuit, aut etiam duobus separatim agentibus, alter obtinuit, libertates competere placuit: ita tamen, ut officio iudicis indemnitati victoris, futurique manumissoris consulatur.

De pignora.

§. 1. Si debitor de dominio rei, quam pignori dedit, non admonito creditore causam egerit: et contrariam sententiam acceperit, creditor in locum victi successisse non videbitur: cum pignoris conventio sententiam præcesserit.

30. *Paulus lib. 14 Questionum.*

De causa intestati, et ex testamento.

Ex sextante heres institutus, qui intestato legitimus heres esse potest, cum de jure testamenti faceret quæstionem, ab uno ex institutis dimidiam partem hereditatis petiit, nec obtinuit. Videtur in illa

de non-recevoir tirée du premier jugement.

27. *Neratius au liv. 7 des Feuilles.*

Quand on veut décider si c'est la même chose qui est portée dans la seconde instance, il faut examiner la qualité des personnes, l'objet de la demande, le motif immédiat de l'action. On n'examine plus à quel titre le demandeur a cru que cette action lui appartenait, pas plus que si après avoir succombé dans un jugement on prétendoit avoir trouvé de nouvelles pièces pour appuyer sa demande.

28. *Papinien au liv. 27 des Questions.*

La fin de non-recevoir tirée de la chose jugée sera opposée utilement à celui qui a succédé à la propriété de la partie qui a succombé.

29. *Le même au liv. 1 des Réponses.*

Il est vrai qu'on ne peut pas faire valoir un jugement contre un cohéritier qui n'a pas été partie dans la cause; et s'il y a eu sentence en faveur de la liberté, l'esclave qui n'a pas encore été affranchi en vertu du fideicommiss n'est pas censé être réclamé en servitude par celui qui le retient. Il faudra en ce cas recourir à l'autorité du prêteur, qui ne peut pas décider en faveur de celui qui a succombé. Car, lorsque l'un des cohéritiers a été attaqué par l'action en inofficiosité de testament, ou quand les deux cohéritiers ont formé séparément la demande d'une succession, et que l'un des deux a gagné, il est décidé que les libertés laissées dans le testament doivent être conservées: de manière cependant qu'il est du devoir du juge de faire indemniser celui qui a gagné, et à qui appartient le droit de donner l'affranchissement.

1. Si un débiteur plaide à l'insu de son créancier sur la propriété d'un effet qu'il lui a donné en gage, et qu'il succombe dans sa demande, le créancier ne reçoit aucun préjudice de ce jugement que la convention du gage a précédé.

30. *Paul au liv. 14 des Questions.*

Un héritier qui pouvoit succéder ab intestat, ayant été institué pour un sixième, a contesté la validité du testament, et a formé contre l'un des héritiers institutés la demande de la moitié de la succession; il

n'a pas réussi dans cette demande. Il est censé avoir compris dans cette demande la moitié de la portion pour laquelle il étoit institué. Ainsi, s'il formoit contre le même la demande de cette portion en vertu du testament, on lui opposeroit l'exception tirée de la chose jugée.

1. *Latinus-Largus* : Il s'est fait une transaction entre *Mævius* et *Titius* sur un procès intenté entre eux au sujet d'une succession, laquelle appartenoit à *Mævius*, mais qui lui étoit contestée par *Titius*. En vertu de cette transaction, *Titius* a fait à *Mævius*, véritable héritier, la délivrance des effets de la succession qui étoient entre ses mains. Au nombre de ces effets s'est trouvé aussi un fonds appartenant en propriété à *Titius*, lequel avoit été depuis plusieurs années par lui donné en gage à l'aïeul de *Mævius* héritier, et depuis à un autre. Ce fonds a été également délivré par *Titius* en vertu de la convention. Dans cet état des choses le second créancier de *Titius* a demandé que son gage lui fût rendu, et il a gagné. Après ce jugement, *Mævius*, héritier, a retrouvé dans les papiers de son aïeul le billet sous seing privé de *Titius*, écrit depuis plusieurs années, par lequel il a apparu que le fonds qui avoit été remis avec les autres effets de la succession en vertu de la transaction, avoit été précédemment hypothéqué par *Titius* à l'aïeul de *Mævius*; et c'est ce fonds que le second créancier de *Titius* a obtenu en jugement contre *Mævius*. Je demande si *Mævius* est encore en état de faire valoir en justice les droits de son aïeul sur ce fonds, lesquels il ignoroit lors de la contestation élevée par le second créancier de *Titius*, et s'il n'a à craindre aucune fin de non-recevoir? J'ai répondu, s'il s'étoit agi entre *Mævius* et le second créancier de *Titius* de la propriété du fonds dont il s'agit, le jugement ayant été favorable au second créancier, *Mævius*, qui a succombé, seroit débouté par la fin de non-recevoir tirée de la chose jugée, s'il formoit de nouveau la demande de ce fonds; parce que le fonds ayant été adjugé au demandeur, il a été jugé qu'il n'appartenoit pas à *Mævius* ou que *Mævius* n'avoit point de droit sur ce fonds. Mais si la demande n'avoit eu pour objet entre eux de la possession du fonds, que cette possession ait été ad-

petitiōne etiam partem sextantis vindicasse: et idēd si cōperit ab eodem ex testamento eandem portionem petere, obstat ei exceptio rei judicatæ.

§. 1. *Latinus Largus* : Cūm de hereditate inter *Mævium* ad quem pertinebat, et *Titium* qui controversiam moverat, transigeretur, traditio rerum hereditariarum *Mævio* heredi à *Titio* facta est: in qua traditione etiam fundum ei suum proprium, quem ante multos annos avo ejusdem *Mævii* heredis obligaverat, quemque alii postea in obligationem deduxerat, ex causa pacti tradidit. His gestis posterior *Titii* creditor jus suum persecutus est, et obtinuit. Post hoc iudicium *Mævius* heres reperit in rebus avitis chirographum ejusdem *Titii* ante multos annos conscriptum, per quod apparuit eum fundum, qui in causam transactionis venerat, etiam avo suo ab eodem *Titio* fuisse obligatum. Cūm ergo constet, prius avo *Mævii* heredis in obligationem eundem fundum datum, de quo *Mævius* superatus est: quæro an jus avi sui, quod tunc, cūm de eodem fundo ageretur, ignorabat, nulla exceptione opposita exequi possit? Respondi, si de proprietate fundi litigatur, et secundum actorem pronuntiatum fuisse, diceremus, petenti ei qui in priore iudicio victus est, obstaturam rei judicatæ exceptionem: quoniam de ejus quoque jure quæsitum videtur, cūm actor petitionem implet. Quod si possessor absolutus, amissa possessione eundem ab eodem, qui prius non obtinuit, peteret, non obesset ei exceptio: nihil enim in suo iudicio de jure ejus statutum videretur. Cūm autem pignoratitia actum est adversus priorem creditorem, potest fieri, ut de jure possessoris non sit quæsitum: quia non, ut in proprietatis quæstione, quod meum est, alterius non est: ita in obligatione utique consequens est, ut non sit alii obligatum, quod hic probavit sibi teneri. Et probabilius dicitur, non obitare exceptionem: quoniam de jure possessoris quæsitum non est, sed de sola obligatione. In proposita autem quæs-

De actione hypothecaria.

tione magis me illud movet, nunquid pignoris jus extinctum sit dominio adquisito: neque enim potest pignus perseverare domino constituto creditore. Actio tamen pignoratitia competit: verum est enim et pignori datam, et satisfactum non esse. Quare puto non obstare rei judicatæ exceptionem.

jugée à celui qui l'avoit déjà, et que le même l'ayant depuis perdue formât la demande du fonds contre le même adversaire qui a succombé vis-à-vis de lui, on ne pourroit point lui opposer la fin de non-recevoir tirée de la chose jugée, parce que le jugement dont il s'agit n'a rien statué sur la propriété. Ainsi, dans le cas présent, où le second créancier de Titius a intenté l'action pignératice contre le premier créancier du même Titius, il se peut faire qu'on n'ait rien statué sur le droit que ce premier créancier avoit sur ce fonds dont il étoit en possession; parce que dans les questions sur la propriété, ce qui est jugé être à moi, est en même temps jugé n'être pas à un autre. Mais on ne peut pas tirer la même conséquence dans les actions personnelles en matière d'obligation; on ne peut pas conclure de ce qu'un fonds est déclaré obligé envers quelqu'un, que ce même fonds n'est point obligé envers un autre qui le prouve. Il est donc plus probable que dans le cas présent, on ne pourra point opposer à Mævius l'exception tirée de la chose jugée; parce que le jugement n'a pas statué sur le droit du possesseur, mais seulement sur l'action personnelle qu'avoit le demandeur en vertu de l'obligation du gage. Mais ce qui me fait plus de difficulté dans la question proposée, c'est qu'on pourroit dire que Mævius a perdu son droit de gage sur le fonds depuis qu'il en a acquis la propriété par la délivrance qui lui en a été faite par Titius: car le droit de gage ne peut pas subsister dans la personne d'un créancier qui est devenu propriétaire de la chose qui lui étoit engagée. Cependant je crois que l'action pignératice appartient toujours à Mævius; parce qu'il est vrai que le fonds a été donné en gage à son aïeul pour sûreté d'une somme qui n'a pas été payée. Ainsi je ne crois pas qu'on puisse lui opposer la fin de non-recevoir tirée du premier jugement.

31. *Idem lib. 3 Responsorum.*

De rei vindicatione et condictione.

Paulus respondit, ei qui in rem egisset, nec tenuisset, postea condicenti non obstare exceptionem rei judicatæ.

31. *Le même au liv. 3 des Réponses.*

Paul a répondu, qu'un demandeur qui avoit succombé dans une action réelle, pouvoit intenter par rapport au même objet une action personnelle sans craindre d'en être débouté par la fin de non-recevoir tirée du premier jugement.

TITRE III.

DE DIVERSES EXCEPTIONS

TEMPORELLES,

Et de la jonction de plusieurs possessions.

1. *Ulpian au liv. 74 sur l'Edit.*

COMME il est souvent question dans le droit de jours utiles, c'est-à-dire de jours où on peut poursuivre son droit, il faut expliquer ce qu'on entend par ces mots, avoir la faculté de poursuivre son droit. Il est d'abord nécessaire que le demandeur ait la faculté d'intenter action, il ne suffit pas que le défendeur se présente lui-même ou ait quelqu'un à sa place qui soit capable de le défendre, il faut encore que le demandeur n'ait aucun légitime empêchement d'intenter son action. Ainsi s'il est prisonnier chez les ennemis, s'il est absent pour le service de la république, s'il est en prison, s'il est retenu dans un endroit éloigné à cause du mauvais temps, en sorte qu'il ne puisse ni actionner lui-même, ni charger quelqu'un de sa procuration, il est censé n'avoir pas la faculté d'agir. Celui qui seroit malade, mais en état de charger quelqu'un de sa procuration, n'est point censé privé de la faculté d'agir. Tout le monde sait aussi qu'on n'est point censé avoir la faculté d'agir dans les jours où on ne peut pas se présenter devant le préteur. Ainsi on ne doit compter comme utiles que les jours où le préteur rend la justice.

2. *Marcellus au liv. 6 du Digeste.*

On demande si, dans le temps accordé pour l'exécution de la chose jugée, le jour du bissexe doit être compté en faveur de celui qui est condamné ou non? On fait la même question par rapport au temps fixé pour intenter une action après lequel elle doit s'éteindre? Il n'y a pas de doute que le jour du bissexe forme une prolongation de temps : par exemple, s'il s'agit de la prescription qui doit se consommer dans un temps déterminé, ou de certaines actions qui doivent être intentées dans un temps limité, comme sont la plupart des actions édilitiennes. Mais si on avoit vendu un

Tome VI.

TITULUS III.

DE DIVERSIS TEMPORALIBUS

PRÆSCRIPTIONIBUS,

Et de accessionibus possessionum.

1. *Ulpianus lib. 74 ad Edictum.*

QUIA tractatus de utilibus diebus frequens est, videamus, quid sit experiendi potestatem habere. Et quidem in primis exigendum est, ut sit facultas agendi, neque sufficit reo experiendi secum facere potestatem, vel habere eum qui se idoneè defendat, nisi actor quoque nulla idonea causa impediatur experiiri. Proinde sive apud hostes sit, sive reipublicæ causa absit, sive in vinculis sit, aut si tempestate in loco aliquo, vel in regione detineatur, ut neque experiiri, neque mandare possit, experiendi potestatem non habet. Planè is qui valetudine impeditur ut mandare possit, in ea causa est, ut experiendi habeat potestatem. Illud utique neminem fugit, experiendi potestatem non habere eum, qui prætoris copiam non habuit. Proinde hi dies cedunt, quibus jus prætor reddit.

Quid sit experiendi potestatem habere.

2. *Marcellus lib. 6 Digestorum.*

In tempore constituto judicatis an intercalaris dies proficere iudicato, necne debeat, quæritur? Item de tempore quo lis perit? Sic sine dubio existimandum est, ut auctum litis tempus intercalari die existimetur: veluti si de usucapione sit quæstio, quæ tempore constituto expleri solet: aut de actionibus quæ certo tempore finiuntur, ut ædilitiæ pleræque actiones: et si quis fundum ea lege vendiderit, ut nisi in diebus triginta prelium esset solutum, inemptus esset fundus, dies intercalaris proficiet emptori. Mihi contra videtur.

De die intercalari.

3. *Modestinus lib. 6 Differentiarum.*De prædiis et
mancipiis.

Longæ possessionis præscriptionem tam in prædiis, quàm in Mancipiis locum habere manifestum est.

4. *Javolenus lib. 7 Epistolarum.*

Si servus hereditarius, vel captus ab hostibus, satis acceperit.

Si servus hereditarius, aut ejus qui in hostium potestate sit, satis acceperit continuo dies satisfactionis cedere incipiet: intueri enim debemus, an experiundi potestas fuerit adversus eum qui obligatus est, non an is agere poterit, qui rem in obligationem deduxerit. Alioquin erit iniquissimum, ex conditione actorum obligationes eorum extendi, per quos nihil factum erit, quominus cum his agi possit.

5. *Ulpianus lib. 3 Disputationum.*

De vitio auctoris

An vitium auctoris, vel donatoris, ejusve qui mihi rem legavit, mihi noceat, sic fortè auctor meus justum initium possidendi non habuit, videndum est? Et puto neque nocere, neque prodesse: nam demique et usucapere possum quod auctor meus usucapere non poluit.

Si heres debitoris pignus ab extraneo emerit.

§. 1. Ex facto propositum est, quendam cum rem pignori dedisset, eandem distraxisset, heredemque ejus redemisset. Quæritur an heres adversus pignoris persecutionem exceptione longæ possessionis uti possit? Dicebam hunc heredem, qui pignus ab extraneo redemit, posse exceptione uti: quia in extranei locum successit, non in ejus qui pignori dederat. Quemadmodum si antè redemisset, et sic deinde heres extitisset.

6. *Africanus lib. 9 Quæstionum.*

De re duobus separatim vendita.

Si duobus eandem rem separatim vendiderim, ea possessio quæ utramque venditionem præcesserit, soli priori emp-

fonds sous la condition commissoire, c'est-à-dire que faute de paiement dans trente jours, la vente seroit nulle, le jour du bissexe seroit-il compté au profit de l'acheteur? Je crois le contraire.

3. *Modestinus au liv. 6 des Différences.*

Il est certain que la prescription qu'opère une longue possession a lieu dans les fonds de terre et par rapport aux esclaves.

4. *Javolénus au liv. 7 des Lettres.*

Si l'esclave d'une succession vacante, ou d'un maître qui est prisonnier chez les ennemis, a reçu une caution pour la sûreté d'un paiement, le temps fixé pour cette caution court du moment qu'elle est donnée: car il faut examiner, non pas si c'est celui qui a fait faire l'obligation à son profit qui peut intenter l'action, mais seulement s'il y a action contre celui qui s'est obligé. Il seroit en effet très-injuste que la qualité des demandeurs pût prolonger le terme de l'obligation d'un débiteur qui n'a aucun moyen pour s'opposer à l'action qu'on a droit d'intenter contre lui.

5. *Ulpien au liv. 3 des Disputes.*

Si je tiens une chose à titre d'acquéreur, de donataire ou de légataire d'une personne dont la possession n'a point eu une cause juste dans son principe, le vice qu'on pouvoit reprocher à mon auteur doit-il me nuire? Je pense qu'il ne doit ni me nuire ni me profiter, parce que je peux acquérir par la prescription une chose que mon auteur n'auroit pas pu acquérir par ce moyen.

1. On a proposé l'espèce suivante: Une femme qui avoit donné un effet en gage l'a depuis vendu; son héritier a racheté cet effet. On demande s'il peut opposer au créancier qui poursuivroit son gage l'exception tirée de sa longue possession? J'ai répondu que cet héritier ayant racheté l'effet engagé d'une tierce personne, pouvoit opposer la prescription, parce qu'il tient cet effet d'une tierce personne, et non de celle qui l'avoit engagé. C'est la même chose que s'il eût racheté avant d'être héritier, et qu'il fût devenu héritier ensuite.

6. *Africain au liv. 9 des Questions.*

Si j'ai vendu la même chose séparément à deux acquéreurs, il n'y aura que le premier à qui la chose aura été livrée qui pourra

tirer avantage de la possession qui a précédé les deux ventes. Si je vous ai vendu une chose, que je vous la rachète, et que je la revende à Titius, Titius tirera avantage de tout le temps de ma possession et de la vôtre; parce que vous êtes obligé à me remettre cette possession, et je suis obligé à la lui faire passer.

1. Je vous ai vendu un esclave, et nous sommes convenus que faute de paiement du prix dans un certain terme la vente seroit de nul effet. Le cas étant arrivé, on demande ce qu'il faut penser de l'accession du temps pendant lequel vous avez possédé l'esclave? Julien répond qu'il faut décider la même chose que si la redhibition avoit été faite: car c'est comme si vous m'aviez revendu cet esclave; en sorte que, lorsque le vendeur aura recouvré la possession de l'esclave, il joindra le temps de sa possession avant la vente à celui pendant lequel l'esclave aura été possédé par l'acheteur qui le lui a rendu.

7. *Marcien au liv. 3 des Institutes.*

Si quelqu'un a pêché seul pendant plusieurs années dans un bras d'une rivière publique, il empêche qu'un autre puisse jouir du même droit.

8. *Ulpian au liv. 1 des Règles.*

Quand il est question de joindre ensemble deux temps de possession, on compte au profit de celui qui a prescrit le temps même où l'esclave a été en fuite.

9. *Marcien au liv. 5 des Règles.*

Il y a des rescrits de l'empereur Antonin, qui décident qu'on peut prescrire les choses immobilières par suite d'une longue possession.

10. *Pomponius au liv. 13 des Réponses.*

Un délateur ayant dénoncé au fisc des biens vacans dans les quatre ans de leur vacance, s'est désisté de cette dénonciation. Un second délateur vient après les quatre ans dénoncer les mêmes biens. Il ne pourra pas se servir de la première dénonciation pour la joindre à la sienne à l'effet d'empêcher le possesseur de lui opposer la prescription des quatre ans écoulés depuis la vacance; à moins qu'il ne soit prouvé qu'il y a eu prévarication de la part du premier délateur: auquel cas la prescription et toute l'affaire seront périmées.

tori, cui et tradita sit, proficit. Denique et si quam rem tibi vendiderim, rursus à te emam, et Titio vendam, et meam omnem et tuam possessionem Titio accessurum, videlicet quod et tu mihi, et ego ei possessionem præstare debemus.

§. 1. *Vendidi tibi servum, et convenit, ut nisi certa die pecunia soluta esset, inemptus esset. Quod cum evenerit, quæsitum est quid de accessione tui temporis putares? Respondit, id quod servetur, cum redhibitio sit facta: hunc enim perinde haberi, ac si retrorsus homo mihi venisset: ut scilicet si venditor possessionem postea nactus sit: et hoc ipsum tempus, et quod venditionem præcesserit: et amplius accessio hæc ei detur cum eo, quod apud eum fuit, à quo homo redhibitus sit.*

De lege commissoria. De redhibitione.

7. *Marcianus lib. 3 Institutionum.*

Si quisquam in fluminis publici deverticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem jure uti prohibet.

De piscatione.

8. *Ulpianus lib. 1 Regularum.*

In accessione temporis, et id tempus, quo in fuga sit servus, domino procedere verum est.

De tempore quo servus in fuga est.

9. *Marcianus lib. 5 Regularum.*

Rescriptis quibusdam divi magni Antonini cavetur, ut in rebus mobilibus locus sit præscriptioni diutinæ possessionis.

De rebus mobilibus.

10. *Pomponius lib. 13 Responsorum.*

Intra quatuor annos vacantium bonorum delator facta denuntiatione destitit. Post quatuor annos secundo delatori venienti prior nuntiatio, quominus præscriptione temporis summoveatur, non præderit: nisi prioris prævaricatio detegatur: quo declarato, præscriptio, sed et negotii quæstio perimetur.

De bonis vacantibus.

§. 22. Apud Julianum quæsitum est , si heres soceri à quo dos peteretur , exciperet de dolo mariti , et mulieris , cui pecunia quæreretur , an obstatura esset exceptio ex persona mulieris ? Et ait Julianus , si maritus ex promissione dotis ab herede soceri petat , et heres excipiat de dolo filiae cui ea pecunia acquireretur , exceptionem obstare : dos enim quam maritus ab herede soceri petit , intelligitur , inquit , filiae acquiri , cum per hoc dotem sit habitura. Illud non explicat Julianus , an et de dolo mariti excipi possit. Puto autem eum hoc sentire , ut etiam de dolo mariti noceat exceptio , licet videatur nulla dos filiae , ut ait , quæri.

§. 23. Illa etiam quæstio ventilata est apud plerosque , an de dolo tutoris exceptio pupillo experienti nocere debeat ? Et ego puto utilius , etsi per eas personas pupillis favetur , tamen dicendum esse , sive quis emerit à tutore rem pupilli , sive contractum sit cum eo in rem pupilli , sive dolo quid tutor fecerit , et ex eo pupillus locupletior factus est , pupillo nocere de-

De tutore.

bere. Nec illud esse distinguendum, cautum sit ei, an non : solvendo sit, an non tutor : dummodò rem administret : undè enim divinat is qui cum tutore contrahit? Planè si mihi proponas colluisse aliquem cum tutore, factum suum ei nocebit.

dans un contrat qui le concernoit, ou dans toute autre affaire, et que la mauvaise foi du tuteur ait tourné au profit du pupille, on peut opposer au pupille l'exception tirée de la mauvaise foi de son tuteur. Et il ne faut pas distinguer si le pupille a des sûretés pour son recours contre son tuteur, si le tuteur est solvable ou non : car comment celui qui contracte avec un tuteur peut-il deviner ces choses? Il n'y a que le cas où celui qui a contracté avec le tuteur auroit été d'intelligence avec lui, alors il souffriroit de son propre fait.

Et pro tutore. §. 24. Si quis non tutor, sed pro tutore negotia gerat, an dolus ipsius noceat pupillo, videamus? Et putem non nocere : nam si is qui pro tutore negotia gerebat, rem vendiderit, et usucapta sit, exceptionem non nocere pupillo rem suam persequenti, etiam si ei cautum sit : quia huic rerum pupilli administratio concessa non fuit. Secundum hæc magis opinor de dolo tutoris exceptionem pupillo esse objiciendam.

24. Voyons si on pourroit opposer au pupille la mauvaise foi d'un homme qui n'étoit pas son tuteur, mais qui en faisoit les fonctions sans qualité. Je pense qu'on ne peut pas la lui opposer : car si un particulier administrant comme tuteur les biens d'un pupille, a vendu un effet appartenant au pupille, l'acquéreur ne pourroit pas opposer au pupille la prescription qu'il auroit acquise sur cet effet, quand même le pupille auroit ses sûretés d'ailleurs ; parce que ce particulier n'a pas été véritablement chargé de l'administration des biens du pupille. En conséquence je suis plus porté à croire qu'on pourroit opposer au pupille la mauvaise foi de son véritable tuteur.

De curatore. §. 25. Quæ in tutore diximus, eadem in curatore quoque furiosi dicenda erunt : sed et in prodigi, vel minoris vigintiquinque annis.

25. Ce que nous avons dit du tuteur doit s'entendre du curateur d'un furieux, d'un interdit pour cause de dissipation, d'un mineur de vingt-cinq ans.

De minore, pupillo, furioso. §. 26. De dolo autem ipsius minoris vigintiquinque annis exceptio utique locum habebit. Nam et de pupilli dolo interdum esse excipiendum, nequaquam ambigendum est, ex ea ætate quæ dolo non careat. Denique Julianus sæpissimè scripsit doli pupillos, qui propè pubertatem sunt, capaces esse. Quid enim si debitor ex delegatu pupilli pecuniam creditori ejus solvit? Fingendus est, inquit, pubes esse, ne propter malitiæ ignorantiam bis eandem pecuniam consequatur. Idem servandum in furioso ait, si cum existimaretur compos mentis esse, jusserit debitorem creditori solvere, vel si quod exigat, domi habeat.

26. On pourra également opposer à la demande la fin de non-recevoir tirée de la mauvaise foi d'un mineur de vingt-cinq ans : car on peut même quelquefois opposer cette fin de non-recevoir dans le cas de la mauvaise foi d'un pupille qui est d'un âge où il peut se rendre coupable de fraude. Julien a souvent écrit que les pupilles approchant de la puberté étoient capables de mauvaise foi. Que seroit-ce en effet si le débiteur d'un pupille avoit payé à un créancier du pupille auquel il auroit délégué sa créance? Il faut supposer, dit Julien, que ce pupille étoit en âge de puberté, de peur qu'il ne se fasse payer deux fois la dette sous prétexte qu'il ignore ce que c'est que la fraude. Il faut, continue ce jurisconsulte, dire la même chose d'un furieux, qui passant pour être revenu dans son bon sens, auroit

auroit chargé son débiteur de payer à un de ses créanciers, ou qui se trouveroit avoir entre les mains la somme que son débiteur lui auroit payée.

27. On ne peut point opposer à un acquéreur la fin de non-recevoir tirée de la mauvaise foi de son vendeur. Mais si cet acquéreur veut profiter des droits de son vendeur, il paroît juste qu'on puisse lui opposer la mauvaise foi du vendeur, puisqu'il veut tirer avantage de sa possession. C'est ce qui fait dire que les fins de non-recevoir réelles, c'est-à-dire attachées à la chose, nuisent à l'acquéreur, mais que celles qui sont personnelles, et qui sont tirées du délit de la personne ne lui nuisent pas.

28. Vous êtes héritier légitime de Gaius-Séius, qui m'a institué son héritier par testament; vous m'engagez frauduleusement à ne point accepter la succession; et lorsque je l'ai répudiée, vous cédez vos droits successifs à Sempronius, qui vous en donne le prix; Sempronius forme contre moi la demande de l'hérédité. Je ne peux pas lui opposer la fin de non-recevoir tirée de la mauvaise foi de celui qui lui a cédé ses droits.

29. Mais si ce même Sempronius formoit la même demande en vertu d'un legs, ou d'une donation qui lui auroit été faite par Séius de ces mêmes droits, pourrai-je lui opposer la fin de non-recevoir tirée de la mauvaise foi de la personne qu'il représente? Pomponius pense que je le peux, et qu'il sera débouté. Je pense aussi qu'il doit être débouté, parce qu'il a acquis ces droits à titre lucratif. Car autre chose est d'acheter des droits, autre chose est d'y succéder.

30. Pomponius élève la même question par rapport à celui qui, dans le même cas, auroit reçu une chose en gage, et intenteroit contre l'héritier testamentaire l'action Servienne ou hypothécaire, et il décide qu'il doit être débouté, parce que la chose doit revenir à celui qui s'est rendu coupable de mauvaise foi.

31. Néanmoins la mauvaise foi du vendeur ne peut pas, comme nous l'avons dit, être opposée à l'acheteur. Mais cette règle n'a lieu que pour l'acheteur ou ceux qui tiennent la chose à un titre équipollent à l'achat, comme à titre d'échange, de paie-

Tome VI.

§. 27. De auctoris dolo exceptio emptori non objicitur. Si autem accessione auctoris utitur, æquissimum visum est, eum qui ex persona auctoris utitur accessione, pati dolum auctoris. Et peræquè traditur rei quidem cohærentem exceptionem etiam emptori nocere, eam autem quæ ex delicto personæ oriatur, nocere non oportere.

De dolo auctoris

§. 28. Si cum legitima hereditas Gaii Seii ad te perveniret, et ego essem heres institutus, persuaseris mihi per dolum malum ne adeam hereditatem, et posteaquam ego repudiavi hereditatem, tu eam Sempronio cesseris pretio accepto, isque à me petat hereditatem, exceptionem doli mali ejus qui ei cessit, non potest pati.

§. 29. Si quis autem ex causa legati vindicet, aut is cui ex causa donationis res præstita est, vindicet: an de dolo exceptionem patiatur ex causa ejus in cujus locum successerit? Et magis putat Pomponius summovendum. Et ego puto exceptione eos esse repellendos, cum lucrativam causam sint nacti. Aliud autem est enim emere, aliud ex his causis succedere.

§. 30. Idem tractat Pomponius, et in eum qui pignori accepit, si Serviana vel hypothecaria actione experiatur: nam et hunc putat Pomponius summovendum: quia res ad eum qui dolo fecit, reversura est.

§. 31. Auctoris autem dolus, sicut diximus, emptori non objicitur. Sed hoc in emptore solo servabimus: item in eo qui permutaverit, vel in solutum accepit: item in similibus qui vicem emptorum continent. Cæterum si noxæ deditus quis

sit, Pomponius putat passurum exceptionem quam ille pateretur qui noxæ dedit. Proinde ex quacunq̄ alia causa quæ propè lucrativam habet acquisitionem, quæsisse quis videatur, patietur exceptionem doli ex persona ejus in cujus locum successit. Sufficit enim, si is qui pretium dedit, vel vice pretii, cum sit bona fide emplor, ut non patietur doli exceptionem ex persona auctoris : utique si ipse dolo caret. Cæterum si ipse dolo non careat, pervenietur ad doli exceptionem, et patietur de dolo suo exceptionem.

Si non Jominus, qui rem vendidit, domino successerit.

§. 32. Si à Titio fundum emeris qui Sempronii erat, isque tibi traditus fuerit pretio soluto, deinde Titius Sempronio heres extiterit, et eundem fundum Mævio vendiderit et tradiderit, Julianus ait æquius esse prætorem te tueri : quia et si ipse Titius fundum à te peteret, exceptione in factum comparata vel doli mali summoveretur. Et si ipse eum possideret, et Publiciana peteres, adversus excipientem, si non suus esset, replicatione uteris : ac per hoc intelligeret eum fundum rursus vendidisse, quem in bonis non haberet.

De exceptione metus.

§. 33. Metus causa exceptionem Cassius non proposuerat, contentus doli exceptione, quæ est generalis. Sed utilius visum est etiam de metu opponere exceptionem : etenim distat aliquid à doli exceptione, quòd exceptio doli personam complectitur ejus qui dolo fecit : enim verò metus causa exceptio in rem scripta est, Si in ea re nihil metus causa factum est : ut non inspiciamus an is qui agit, metus causa fecit aliquid, sed an omninò metus causa factum est in hac re à quocunq̄, non tantum ab eo qui agit. Et quanvis de dolo auctoris exceptio non objiciatur, verumtamen hoc jure utimur, ut de metu

ment. Cependant si un esclave a été abandonné pour le dommage, celui qui le demande sera sujet à la même fin de non-recevoir que celui qui le lui a abandonné ; et en général, toutes les fois qu'on acquiert une chose à un titre qui approche d'un titre lucratif, on est soumis à la fin de non-recevoir tirée de la mauvaise foi de la personne à laquelle on succède. Il n'y a que l'acquéreur qui a payé le prix ou fourni une valeur tenant lieu du prix, qui, étant acheteur de bonne foi, ne doit pas souffrir de la mauvaise foi de son auteur, pourvu toutefois qu'il soit exempt lui-même de mauvaise foi. Mais s'il est lui-même de mauvaise foi, il sera soumis à la fin de non-recevoir de son chef.

32. Vous avez acheté de Titius un fonds qui appartenait à Sempronius ; ce fonds vous a été livré après que vous en avez payé le prix. Depuis Titius, votre vendeur, est devenu héritier de Sempronius, et il a vendu et livré le même fonds à Mævius. Julien dit que le préteur doit juger en votre faveur, parce que si Titius formait lui-même contre vous la demande de ce fonds, vous le feriez débouter par une exception expositive du fait ou par la fin de non-recevoir tirée de sa mauvaise foi. Si Titius était lui-même en possession du fonds, vous auriez contre lui l'action Publicienne ; et s'il excipait contre vous de ce qu'il est actuellement propriétaire du fonds, vous détruiriez cette exception par une réplique. D'où il s'ensuit que lorsqu'il a vendu ce fonds une seconde fois à Mævius, il lui a vendu un fonds qui n'était pas dans ses biens.

33. Cassius n'avait pas proposé de fin de non-recevoir fondée sur la crainte, il s'était contenté de la fin de non-recevoir fondée sur la mauvaise foi, qui s'étend à tous les cas. Mais il a paru plus convenable d'établir une fin de non-recevoir particulière fondée sur la crainte : car il y a quelque différence entre cette fin de non-recevoir et celle qui est fondée sur la mauvaise foi, en ce que celle-ci est opposée à la personne de la mauvaise foi de qui on se plaint, au lieu que la fin de non-recevoir fondée sur la crainte est réelle, c'est-à-dire que sa formule est conçue en termes réels, si je n'ai point été forcé à cette affaire par la crainte : en sorte

qu'on n'examine pas si le demandeur a fait quelque chose capable d'intimider, mais seulement si le défendeur a été intimidé dans cette affaire, soit par le demandeur, soit par tout autre. Et, quoiqu'on ne puisse pas opposer à un acquéreur la mauvaise foi de son auteur, cependant nous sommes dans l'usage de lui opposer la fin de non-recevoir fondée sur la crainte, soit que cette crainte ait été imprimée par son auteur ou par tout autre.

34. Il faut observer que cette fin de non-recevoir fondée sur la crainte, ne peut pas être opposée quand la crainte a été imprimée à un fils par son père ayant sur lui la puissance paternelle. Il est permis à un père de diminuer le pécule de son fils; mais si le fils s'abstient de la succession de son père, on viendra à son secours à l'ordinaire.

5. *Paul au liv. 17 sur l'Edit.*

Vous me devez purement et simplement une somme de dix. Je vous lègue la même somme sous une condition. Mon héritier forme contre vous la demande de la somme que vous devez à la succession. Il ne doit pas être débouté, parce que la condition peut manquer. Ainsi il faudra que vous lui fassiez promettre par une stipulation qu'il vous paiera votre legs. Mais si l'héritier ne veut pas donner caution à cet égard, il sera débouté de sa demande par la fin de non-recevoir tirée de sa mauvaise foi. Car il est de l'intérêt du légataire de retenir la somme par ses mains plutôt que d'être envoyé en possession des biens de la succession.

1. On a légué à quelqu'un un droit de chemin; la Falcidia ayant lieu, il forme contre l'héritier la demande du chemin entier, sans offrir l'estimation du quart. Marcellus dit qu'il sera débouté de sa demande par la fin de non-recevoir tirée de sa mauvaise foi, parce que l'héritier doit veiller à ses intérêts.

2. J'ai donné un fonds à quelqu'un, mais je ne le lui ai pas livré; le donataire, avant d'être en possession, bâtit sur ce fonds à ma connoissance; lorsqu'il a bâti, j'ai recouvré la possession que je n'avois pas, et le donataire forme contre moi la demande du fonds. Je lui oppose par forme d'exception que cette donation excède les bornes

non tantum ab auctore, verum à quocunque adhibito exceptio objici possit.

§. 34. Illud sciendum est, hanc exceptionem de metu eum objicere debere, qui metum non à parente passus est, in cujus fuit potestate. Cæterum parenti licere deteriorem conditionem liberorum in rebus peculiaribus facere: sed si se abstinuerit hereditate paterna, succurrendum ei erit, ut alioquin succurritur.

5. *Paulus lib. 17 ad Edictum.*

Purè mihi debes decem. Ea tibi sub conditione legavi. Interim heres si petat, doli exceptione non est summovendus, cum possit etiam deficere conditio. Itaque legatorum stipulationem interponere debet. Sed si non caveat heres, doli exceptione summovebitur. Expedi enim legatario retinere summam, quam mitti in possessionem rerum hereditariarum.

Si id quod quis purè debet, ei legatur sub conditione.

§. 1. Si cui legata sit via, et ita lege Falcidia locum habente totam eam vindicet non oblata æstimatione quartæ partis, summoveri eum doli exceptione Marcellus ait: quoniam suo commodo heres consulit.

De via legata, et de lege Falcidia.

§. 2. Si donavi alicui rem, nec tradidero, et ille cui donavi non tradita possessione in eo loco ædificaverit me sciente: et cum ædificaverit, nactus sim ego possessionem, et petat à me rem donatam, et ego excipiam, quòd suprâ legitimum modum facta est, an de dolo replicandum est? Dolo enim feci, qui passus sum eum

De donatione.

ædificare, et non reddo impensas.

De dolo dispensatoris.

§. 3. Actoris, qui exigendis pecuniis præpositus est, etiam posterior dolus domino nocet.

De venditione et redhibitione.

§. 4. Si servus venit ab eo cui hoc dominus permisit, et redhibitus sit domino, agenti venditori de pretio, exceptio opponitur redhibitionis : licet etiam is qui vendidit, domino pretium solverit. Etiam mercis non traditæ exceptione summoveatur, et qui pecuniam domino jam solvit : et ideo is qui vendidit, agit adversus dominum. Eandem causam esse Pédus ait ejus qui negotium nostrum gerens vendidit.

De delegatione.

§. 5. Si eum qui volebat mihi donare supra legitimum modum, delegavero creditori meo, non poterit adversus petentem uti exceptione : quoniam creditor suum petit. In eadem causa est maritus : nec hic enim debet exceptione summoveari, qui suo nomine agit. Nunquid ergo, nec de dolo mulieris excipiendum sit adversus maritum qui dotem petit, non ducturus uxorem, nisi dotem accepisset, nisi jam divertit ? Itaque conditione tenetur debitor qui delegavit, vel mulier, ut vel liberet debitorem, vel si solvit, ut pecunia ei reddatur.

De tempore.

§. 6. Non sicut de dolo actio certo tempore finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda est : nam hæc perpetuò competit, cum actor quidem in sua potestate habeat, quando utatur suo jure : is autem cum quo agitur, non habeat potestatem, quando conveniatur.

prescrites par la loi. Il peut m'opposer en réplique ma mauvaise foi : car je suis de mauvaise foi de l'avoir laissé bâtir, et de ne lui pas rendre ses dépenses.

5. On peut opposer au maître la mauvaise foi d'un esclave qu'il a préposé pour exiger ce qui lui étoit dû, quand même cette mauvaise foi seroit postérieure au paiement qu'on lui a fait.

4. Un esclave a été vendu par celui qui en étoit chargé par le maître; il a été rendu au maître comme vicieux. Si le vendeur forme la demande du prix, on opposera l'exception fondée sur ce que l'esclave a été rendu au maître, quand même le vendeur auroit déjà payé le prix au maître. On peut également faire débouter un homme qui a vendu des marchandises appartenantes à un autre, en lui opposant en exception que les marchandises n'ont pas été livrées, quand même celui qui s'est mêlé de les vendre en auroit déjà payé le prix au propriétaire. Il a en ce cas son recours contre le propriétaire. Il en est de même, suivant Pédus, de celui qui a vendu en qualité de faisant nos affaires.

5. Un particulier ayant intention de me faire une donation qui excédoit les bornes prescrites par la loi, je l'ai délégué à mon créancier. Il ne pourra point opposer d'exception à la demande de ce créancier, parce que ce créancier demande ce qui lui est dû. Il en seroit de même d'un mari, qui ne pourroit pas être débouté dans le même cas, parce qu'il agit en son nom. Ne doit-on pas dire également qu'on ne peut point opposer la mauvaise foi de la femme à un mari qui demande la dot, et qui n'auroit point épousé cette femme sans dot, à moins que le mariage ne soit déjà dissous ? Ainsi, dans ces cas, le donateur a une action personnelle contre le débiteur ou contre la femme qui l'a délégué, à l'effet ou de se faire libérer par eux de son obligation, ou de se faire rendre par eux l'argent s'il a payé.

6. Il n'en est pas de l'exception fondée sur la mauvaise foi, comme de l'action du dol, dont le temps est limité : car l'exception dont il s'agit est perpétuelle. La raison de la différence vient de ce que celui qui a l'action du dol est le maître de l'intenter quand il veut, au lieu que celui qui a l'ex-

ception n'est pas le maître de se faire actionner pour pouvoir opposer son exception.

6. *Gaius au liv. 30 sur l'Edit provincial.*

S'il arrivoit qu'un débiteur perdit par la faute de son créancier l'argent qu'il étoit prêt à lui payer, ce créancier seroit débouté de sa demande par la fin de non-recevoir tirée de sa mauvaise foi. Il en sera de même si le créancier ne ratifie pas le paiement que son débiteur a fait à son créancier.

7. *Ulpien au liv. 76 sur l'Edit.*

Je comptois vous devoir une somme; je l'ai promise par votre ordre à une personne à qui vous vouliez faire une donation. Si on me demande cette somme, Julien dit que je pourrai opposer l'exception tirée de la mauvaise foi, et qu'en outre j'ai une action contre celui vis-à-vis de qui je me suis engagé, à l'effet de le contraindre à me libérer de ma promesse.

1. Vous pensiez que Titius étoit votre créancier; je lui ai promis par votre ordre une somme que je croyois vous devoir. Si on me demande cette somme, j'opposerai, suivant Julien, la fin de non-recevoir fondée sur la mauvaise foi, et de plus j'aurai action contre celui vis-à-vis de qui je me suis engagé pour qu'il me libère de ma promesse. Ce sentiment de Julien est fondé sur l'humanité, quoique je me serve de la fin de non-recevoir et d'une action même contre celui vis-à-vis duquel je suis engagé.

8. *Paul au liv. 6 sur Plautius.*

Il y a de la mauvaise foi à demander une chose qu'on doit rendre.

1. Si un testateur a condamné son héritier à ne rien demander à son débiteur, le débiteur peut opposer à l'héritier la fin de non-recevoir tirée de la mauvaise foi, et intenter contre lui action en vertu du testament pour se faire libérer.

9. *Le même au liv. 32 sur l'Edit.*

Le procureur d'un défendeur a reçu de l'argent et s'est laissé condamner. On intente contre le constituant la demande en exécution de la chose jugée. Le constituant peut se défendre, mais en opposant la fin de non-recevoir tirée de la mauvaise foi. Le demandeur ne pourra pas même se faire rendre l'argent qu'il a donné au procureur: car il est plus juste de laisser un gain illi-

6. *Gaius lib. 30 ad Edictum provinciale.*

Si opera creditoris acciderit, ut debitor pecuniam quam soluturus erat, perderet, exceptione doli mali creditor removebitur. Idem est et si creditori ejus numeratam pecuniam ratam creditor non habeat.

Si debitor pecuniam culpa creditoris amiserit. De pecunia soluta creditori.

7. *Ulpianus lib. 76 ad Edictum.*

Julianus ait, si pecuniam quam me tibi debere existimabam, jussu tuo sponderim, cui donare volebas, exceptione doli mali potero me tueri: et præterea conditio mihi adversus stipulatorem competit, ut me liberet.

De promissione per errorem.

§. 1. Idem Julianus ait, si ei quem creditorem tuum putabas jussu tuo pecuniam quam me tibi debere existimabam, promisero, petentem doli mali exceptione sumnoveri debere: et amplius agendo cum stipulatore consequar, ut mihi acceptam faciat stipulationem Et habet hæc sententia Juliani humanitatem, ut etiam adversus hunc utar exceptione et condictione, cui sum obligatus.

8. *Paulus lib. 6 ad Plautium.*

Dolo facit, qui petit quod redditurus est.

§. 1. Sic si heres damnatus sit non petere à debitore, potest uti exceptione doli mali debitor, et agere ex testamento.

De petitione eius quod reddendum est. De herede damnato non petere.

9. *Idem lib. 32 ad Edictum.*

Si procurator rei pecunia accepta daminari se passus sit, et cum domino judicati agatur, tuebitur, sed doli mali exceptione. Nec hoc quod acceperit procurator, auferri ab eo potest: nam turpiter accepta pecunia justius penes eum est qui deceptus sit, quam qui decepit.

De procuratore rei.

10. *Marcianus lib. 3 Regularum.*

De donatione
inter virum et
uxorem.

Cùm vir aut uxor in area sibi donata aliquid ædificasset, plerisque placet doli mali exceptione posita rem servari posse.

11. *Neratius lib. 4 Membranarum.*

De procuratore.
De dolo punien-
do cui dolo non
est.

Procurator agit, de dolo ejus excipi non debet, quia aliena lis est: isque rei extraneus, neque alienus dolo nocere alteri debet. Si post litem contestatam dolo quid fecerit, an exceptio eo nomine in judicium objicienda sit, dubitari potest: quia litem contestatione res procuratoris fit, eamque suo jam quodammodo nomine exequitur. Et placet, de procuratoris dolo excipiendum esse. Idem de tutore qui pupilli nomine aget, dicendum est.

§. 1. In universum autem hæc in ea re regula sequenda est, ut dolo omnimodo puniatur, etsi non alicui, sed ipsi qui eum admisit, damnosus futurus erit.

12. *Papinianus lib. 3 Quæstionum.*

De æquitate
defensionis.

Qui æquitate defensionis infringere actionem potest, doli exceptione tutus est.

13. *Paulus lib. 14 Quæstionum.*

De exhereda-
tione et testa-
mento rupto.

Liberis exhereditatis qui nihil ex patris judicio meruerunt, rupto testamento jus suum conservandum est, nec opponetur doli mali exceptio: quod non solum in persona eorum, sed in heredibus, in persona liberorum quoque eorum obtinendum est.

14. *Idem lib. 3 Responsorum.*

De ædificatione
in solo alieno.

Paulus respondit, eum qui in alieno solo ædificium extruxerit, non aliàs sumptus consequi posse, quàm si possideat, et ab eo dominus soli rem vindicet: scilicet opposita doli mali exceptione.

cite à celui qui a été trompé qu'à celui qui a trompé.

10. *Marcien au liv. 3 des Règles.*

Si un homme ou une femme ont construit un bâtiment dans un terrain que l'un a donné à l'autre, plusieurs pensent que si on leur redemande le terrain, ils pourront opposer la fin de non-recevoir tirée de la mauvaise foi pour conserver leur chose.

11. *Nératius au liv. 4 des Feuilles.*

On ne peut point opposer la mauvaise foi au procureur qui agit au nom du demandeur, parce que la contestation est étrangère au procureur, et qu'il est étranger à la contestation: or la mauvaise foi d'autrui ne peut pas nous nuire. Mais on peut douter si on pourroit opposer en jugement cette fin de non-recevoir à l'égard de la mauvaise foi du procureur postérieur à la contestation en cause; parce que, par la contestation en cause, l'affaire devient celle du procureur, qui la poursuit en quelque sorte en son nom. Et il est décidé qu'on peut exciper de la mauvaise foi du procureur. Il faut dire la même chose d'un tuteur qui agit au nom de son pupille.

1. On doit tenir pour règle générale en cette matière, qu'il faut toujours que la mauvaise foi soit punie, quand même elle ne devroit nuire à personne qu'à celui qui s'en est rendu coupable.

12. *Papinien au liv. 3 des Questions.*

Quand on a un moyen d'équité pour faire tomber l'action, on peut opposer la fin de non-recevoir tirée de la mauvaise foi du demandeur.

13. *Paul au liv. 14 des Questions.*

Lorsqu'un testament est infirmé, il faut conserver le droit des enfans déshérités qui n'ont rien reçu de leur père, et on ne pourra pas leur opposer la fin de non recevoir tirée de leur mauvaise foi: ce qui aura lieu non-seulement par rapport à eux, mais par rapport à leurs enfans qui leur succéderont.

14. *Le même au liv. 3 des Réponses.*

Paul a répondu que celui qui a bâti sur le terrain d'autrui ne peut se faire tenir compte de ses dépenses qu'autant qu'il est en possession, et que le propriétaire du sol forme contre lui la demande en revendication, à laquelle il peut opposer la fin de non-recevoir tirée de la mauvaise foi.

15. *Scævola au liv. 5 des Réponses.*

Un répondant ayant été condamné envers un acheteur à l'occasion d'un fonds dont cet acheteur avoit été évincé, offre de rendre le fonds ou le prix du fonds dont l'acheteur est évincé, et en outre tout ce qui est dû à l'acheteur à cause de son achat. L'acheteur intentant contre lui l'action de la chose jugée, le répondant peut-il lui opposer la fin de non-recevoir fondée sur ce qu'il est de mauvaise foi de demander une chose qu'il étoit prêt de donner? J'ai répondu que le répondant pouvoit opposer cette fin de non-recevoir, mais que le prêteur auroit soin que l'acheteur fût indemnisé de tous ses dommages et intérêts.

16. *Hermogénien au liv. 6 de l'Abrégé du droit.*

Si un débiteur délégué par un furieux qu'il croit dans son bon sens, paye au créancier de ce furieux, et qu'on lui redemande la somme, il peut opposer la fin de non-recevoir tirée de la mauvaise foi à raison de ce que le furieux a gagné à l'occasion de ce paiement.

17. *Scævola au liv. 27 du Digeste.*

Un père a promis une dot à sa fille, et est convenu par un pacte particulier de nourrir lui-même sa fille et les siens. Ensuite cet homme simple a fait un billet à son gendre, par lequel il lui promet une somme comme pour tenir lieu des intérêts échus à cause de la promesse de la dot. On a demandé si ce père ayant nourri sa fille, dont le mari n'a fait aucune dépense, pourroit, dans le cas où son gendre l'actionneroit en vertu de son billet, lui opposer la fin de non recevoir tirée de sa mauvaise foi? J'ai répondu que si, comme on l'exposoit, le père avoit nourri sa fille, et avoit fait une promesse par erreur, cette fin de non recevoir pourroit être opposée.

1. Un aïeul a légué à chacun de ses petits-fils par sa fille une somme de cent, et il a ajouté: Je leur demande pardon, car j'aurois pu leur laisser davantage si je n'étois mécontent de leur père Fronton, à qui j'ai prêté une somme de quinze que je n'ai pu retirer de lui; et en dernier lieu les ennemis m'ont enlevé presque toute ma fortune. On a demandé si l'héritier de l'aïeul, en demandant à ces petits-fils qui ont hérité de leur père, la somme

15. *Scævola lib. 5 Responsorum.*

Fidejussor evictionis nomine condemnatus, id prædium quod evictus est, et omnia præstare paratus est, quæ jure empti continentur. Quæro, an agentem emptorem exceptione ex causa judicati doli mali summovere potest? Respondit, exceptionem quidem opponi posse, judicem autem æstimaturum, ut pro damnis emptori satisfiat.

De fidejussore et evictione.

16. *Hermogenianus lib. 6 juris Epitomurum.*

Si debitor à furioso delegatus creditori ejus solvat, quem compotem mentis esse existimabat, et ita cum eo agatur, exceptione doli in id quod in rem furiosi processit, defenditur.

De delegatione.

17. *Scævola lib. 27 Digestorum.*

Pater pro filia dotem promiserat, et pactus erat ut ipse aleret filiam suam, ejusque omnes. Idem homo rusticanus genero scripsit quasi usuras præteritas ex dotis promissione. Quæsitum est, cum ipse filiam suam exhiberit, et maritus nullam impensam fecerit, an ex chirographo ex stipulatu agenti genero exceptio obstare debeat? Respondit, si, ut proponatur, pater cum exhiberet, per errorem promisisset, locum fore doli mali exceptioni.

De usuris dotis.

§. 1. Avus nepotibus ex filia legavit singulis centena, et adjecit hæc verba: Ignoscite: nam potueram vobis amplius relinquere, nisi me Fronto pater vester malè accepisset, cui dederam mutua quindecim, quæ ab eo recipere non potui: postremò hostes, qui mihi ferè omnem substantiam abstulerunt. Quæsitum est, an si avi heres ab his nepotibus patris sui heredibus petat quindecim, contra volun-

De eo qui minus legavit eo quod pater legatarij dedit non solverat.

tatem defuncti facere videatur, et doli mali exceptione summoveatur? Respondit, exceptionem obstaturam.

De hereditate
vendita.

§. 2. Ex quadrante heres scriptus, à coherede ex dodrante instituto emit portionem certa quantitate, ex qua aliquam summam in nominibus ex calendario uti daret, stipulanti spondit. Defuncto venditore hereditatis, falsum testamentum Septicius accusare cœpit, et hereditatem ab emptore petit, et ne quid ex ea minueret, impetravit. Quæsitum est, cognitione falsi pendente, an heredes ex stipulatu petentes, doli exceptione summoveantur? Respondit, heredes venditoris, si ante eventum cognitionis pergant petere, exceptione doli mali posse summo-vari.

De tacite repe-
titione condic-
tionis.

§. 3. Marito et filio communi ex parte dimidia scriptis heredibus, filiam suam ex priore matrimonio, ita heredem instituit : *Mævia filia mea ex sex uncis heres mihi esto, si cum coheredibus tuis parem rationem feceris pro mea portione in diem mortis meæ ejus actus qui pendet ex tutela tua, quam Titius pater meus, avus tuus administravit.* Quæsitum est, an quia sub conditione instituta filia esset, si omitteret hereditatem uti salvam tutelæ actionem haberet, legata sibi à matre data consequi possit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, eam de qua quæretur, contra voluntatem petere: et idem exceptionem doli obstaturam.

de quinze que leur père devoit à la succession, il seroit censé former cette demande contre la volonté du défunt, et si on pourroit en conséquence lui opposer la fin de non-recevoir tirée de la mauvaise foi? J'ai répondu que cette fin de non-recevoir auroit son effet.

2. Un héritier institué pour un quart a acheté pour un certain prix la portion de son cohéritier, qui étoit institué pour les trois quarts; il lui a fait des billets pour assurer le paiement du prix convenu, et s'est engagé par stipulation à payer ce prix. Ce cohéritier vendeur étant mort, le testament a été attaqué comme faux par Septicius, qui a formé la demande de l'hérédité contre l'acheteur. Pendant que l'instance sur le testament est pendante, ceux qui ont succédé au cohéritier vendeur demandent le paiement des billets. On demande si on peut leur opposer la fin de non-recevoir tirée de la mauvaise foi? J'ai répondu qu'on pouvoit leur opposer cette fin de non-recevoir, s'ils s'obstinoient à demander le paiement de ces billets avant que la cause sur le testament fût jugée.

3. Une femme ayant institué son mari et une fille commune chacun pour moitié, a institué aussi une fille qu'elle avoit d'un autre lit, en cette manière: J'institue ma fille Mævia pour la moitié de ma succession, pourvu qu'elle compense avec ses cohéritiers la portion que je lui devrai au temps de ma mort, à raison du compte de sa tutelle, que Titius mon père et son aïeul a administrée. On a demandé si cette fille instituée conditionnellement rençoit à la succession de sa mère pour faire valoir les droits qu'elle a contre cette succession, qui lui doit un compte de tutelle, elle pourroit néanmoins demander les legs que sa mère lui a faits dans le même testament? J'ai répondu que, suivant l'exposé, cette fille venoit contre la volonté de sa mère, et qu'en conséquence on pourroit lui opposer l'exception de dol.

TITRE V.

DES CAS OU ON REFUSE

TOUTE ESPÈCE D' ACTIONS.

1. *Ulpien au liv. 76 sur l'Edit.*

LE serment fait en justice est regardé avec raison comme ayant la même autorité que la chose jugée, puisque la partie en déférant le serment à son adversaire l'établit juge dans sa propre cause.

1. Cette fin de non-recevoir tirée du serment fait en justice ne pourra pas être opposée à un pupille qui aura déferé le serment sans l'autorité de son tuteur.

2. Un particulier qui formoit contre un autre la demande d'un fonds a déferé le serment à son adversaire, en disant qu'il se désisteroit de sa prétention si celui de qui son adversaire tenoit le fonds affirmoit par serment que le fonds qu'il a livré étoit à lui. Le possesseur peut exciper de ce serment s'il a été fait par son auteur.

3. Lorsqu'un répondant fait serment en justice, ou ce serment se borne à sa personne, c'est-à-dire, qu'il jure qu'il n'est pas obligé, et alors ce serment ne sert point au principal obligé; ou il jure au fond qu'il n'est rien dû, auquel cas le principal obligé peut exciper de son serment.

4. J'ai affranchi un esclave qui, lors de son esclavage, étoit chargé de mes affaires; ensuite j'ai stipulé de lui qu'il me paieroit tout ce qu'il auroit dû me payer s'il eût été libre au temps où il faisoit mes affaires. Je forme une demande contre lui en vertu de cette stipulation. Il ne peut point m'opposer de fin de non-recevoir, parce qu'un affranchi ne peut pas se plaindre de ce que son patron ne lui laisse pas un gain qui est provenu de sa propre chose.

5. Je ne peux point exiger de mon affranchi ce que je me suis fait promettre pour rendre sa liberté plus à charge. On a défini avec raison qu'on devoit entendre par les charges imposées à la liberté, pour la rendre plus dure, les droits ou devoirs qu'on fait promettre à son affranchi, payables toutes les fois qu'il offensera son patron; en sorte qu'il soit continuellement dans la crainte qu'on n'exige ce qu'il a promis,

Tome VI.

TITULUS V.

QUARUM RERUM ACTIO

NON DATUR.

1. *Ulpianus lib. 76 ad Edictum.*

JUSJURANDUM vicem rei judicatæ ob- De exceptione
jurisjurandi.
tinet: non immeritò: cum ipse quis judicem adversarium suum de causa sua fecerit, deferendo ei jusjurandum.

§. 1. Si pupillus sine tutoris auctoritate detulerit jusjurandum, dicemus non obstare exceptionem istam, nisi tutore auctore in judicio delatio facta sit.

§. 2. Si petitor fundi jusjurandum detulerit adversario, ut si auctor ejus jurasset suum fundum se tradidisse, ab ea controversia discessurum se, exceptio possessori fundi dabitur.

§. 3. Si fidejussor juraverit, si quidem de sua persona tantum juravit, quasi se non esse obligatum, nihil reo proderit: si verò in rem juravit, dabitur exceptio reo quoque.

§. 4. Si manumisero eum servum qui negotia mea gesserat in servitute: deinde stipulatus ab eo fuero, quod negotia mea gesserit, quidquid ob eam rem, si tunc liber fuisset, eum mihi dare oporteret, id dari: deinde ex stipulatu agam, non summoveri me exceptione. Neque enim oneratum se hoc nomine potest queri libertus, si lucrum abruptum ex re patroni non faciat. Quod libertatis
onerandæ
causa petitur.

§. 5. Quæ onerandæ libertatis causa stipulatus sum, à liberto exigere non possum. Onerandæ autem libertatis causa facta, bellissimè ita definiuntur, quæ ita imponuntur, ut si patronum libertus offenderit, petantur ab eo, semperque sit metu exactionis ei subjectus, propter quem metum quodvis sustineat patrono præcipiente.

§. 6. In summa si incontinenti impositum quid sit liberto, quod *ἐπιπροσούμενον*, id est, *imminens* oneret ejus libertatem, dicendum est exceptioni locum facere. Sed si post intervallum, habet quidem dubitationem, quia nemo eum cogebat hoc promittere. Sed idem erit probandum et hic, tamen causa cognita, si liquido appareat libertum metu solo, vel nimia patrono reverentia ita se subjecisse, ut vel pœnali quadam stipulatione se subjeceret.

§. 7. Si libertatis causa societatem libertus cum patrono coierit, et patronus cum liberto pro socio agat, an hæc exceptio sit necessaria? Et puto ipso jure tutum esse libertum adversus exactionem patroni.

§. 8. Exceptionem onerandæ libertatis causa, sicut et cæteras, fidejussori non esse denegandas, sciendum est: nec ei quidem qui rogatu liberti reus factus est; sed nec ipsi liberto, sive procurator ad defendendum à *reo datus* fuerit, sive heres ei extiterit. Cùm enim propositum sit prætori in hujusmodi obligationibus reo succurrere, non servaturum propositum suum, nisi fidejussorem quoque, et eum qui rogatum liberti reus factus fuerit, adversus patronum defenderit. Etenim parvi refert, protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpositam fidejussoris, vel rei personam.

§. 9. Sive autem ipsi patrono sit commissum, sive alii voluntate patroni: onerandæ libertatis causa videtur factum: et ideo hæc exceptio locum habebit.

§. 10. Quòd si patronus libertum suum delegaverit creditori, an adversus creditorem cui delegatus promisit libertatis

et qu'à raison de cette crainte il soit obligé de tout souffrir quand son patron lui commande.

6. En général, si on impose quelque obligation dure à un affranchi au moment même où on le met en liberté, on peut dire qu'il peut opposer l'exception. Mais si on lui impose des devoirs après un certain temps, il y a plus de difficulté, parce que personne alors ne le forçoit à les promettre. Cependant il faudra encore décider en ce cas la même chose, mais en connoissance de cause, si on voit clairement que l'affranchi ne s'est soumis à ces devoirs par une stipulation pénale, que par crainte ou par un respect excessif pour son patron.

7. Si le patron, pour rendre plus dure la liberté de l'affranchi, contracte une société avec lui, et ensuite intente contre lui l'action de la société, l'affranchi a-t-il besoin de cette exception? Je pense qu'il est dégagé de plein droit vis-à-vis de son patron.

8. Il faut observer que l'exception fondée sur ce que le patron a voulu gêner la liberté de son affranchi, ainsi que les autres, ne doit pas être refusée au répondant, ni à celui qui, à la prière de l'affranchi, s'est obligé envers le patron. L'affranchi lui-même pourra s'en servir si celui qui s'est obligé envers le patron en cette occasion le constitue son procureur pour défendre contre la demande du patron, ou s'il l'a institué son héritier. Car l'intention du prêteur en cette matière étant de venir au secours de l'affranchi principal obligé, elle n'auroit point d'effet s'il ne défendoit pas contre le patron celui qui a répondu ou qui s'est obligé à la prière de l'affranchi; parce que l'affranchi est également vexé soit qu'il soit obligé de donner directement une somme au patron, soit qu'il soit obligé de la donner indirectement, et par l'interposition d'une personne qui a répondu ou qui s'est obligée pour lui.

9. Soit que l'affranchi se soit engagé vis-à-vis de son patron, ou vis-à-vis d'un autre par la volonté de son patron, l'engagement sera toujours regardé comme exigé pour gêner la liberté. Ainsi cette exception aura lieu.

10. Mais si le patron s'étant fait promettre une somme par l'affranchi pour lui rendre sa liberté plus à charge, l'a voit délégué à son

créancier, l'affranchi pourroit-il faire valoir cette exception contre le créancier de son patron, vis-à-vis duquel il se seroit engagé en conséquence de la délégation? Cassius rapporte que le jurisconsulte Urséius étoit d'avis que l'affranchi ne pouvoit pas faire valoir l'exception dont il s'agit contre le créancier du patron, qui n'a reçu que ce qui lui est dû, mais qu'il pouvoit se faire rendre par son patron ce qu'il auroit payé, en se servant contre lui de la condition; à moins qu'il n'eût fait cette promesse à son patron pour transiger sur des difficultés qui s'opposoient à son affranchissement.

11. Si, dans le même cas, l'affranchi avoit délégué son débiteur à son patron, ce débiteur ne pourroit point opposer au patron l'exception dont il s'agit, mais l'affranchi se fera rendre par le patron ce que celui-ci aura reçu de son débiteur.

12. Cette exception est accordée non-seulement à l'affranchi, mais encore à ses successeurs; et réciproquement l'affranchi peut l'opposer à l'héritier de son patron.

2. *Paul au liv. 71 sur l'Edit.*

Si le serment ayant été déféré à un fils de famille, il a juré que son père ne devoit rien, l'exception est acquise au père.

1. Si, dans une académie de jeux défendus, je vends un effet pour jouer, et que l'acheteur étant évincé il revienne contre moi, je lui opposerai une exception fondée sur ce que le contrat a été fait dans une académie de jeux défendus.

Si à furioso, cùm eum compotem mentis esse putarem, pecuniam quasi mutuam acceperim, eaque in rem meam versa fuerit, condictio furioso acquiritur. Nam ex quibus causis iguorantibus nobis actiones adquiruntur, ex hisdem etiam furiosi nomine incipit agi posse : veluti cùm servus ejus stipulatur. cùm furtum ei fit, aut damnum ei dando, in legem Aquilianam committitur : aut si fortè cùm creditor fuerat, fraudandi ejus causa debitor alicui rem tradiderit. Idemque erit si legatur ei, vel fideicommissum ei relinquatur.

§. 1. Item si is qui servo alieno crediderat, furere cœperit : deinde servus in rem domini id quod mutuam acceperat, verterit, furioso condictio acquiritur.

§. 2. Item si alienam pecuniam credendi causa quis dederit, deinde compos mentis esse desierit, postea consumpta ea furioso condictio acquiritur.

§. 5. Et qui negotia furiosi gesserit, negotiorum gestorum ei obligatur.

24. Pomponius au liv. unique des Règles.

Si j'ai reçu une somme d'argent à titre de prêt d'un furieux que je croyois dans son bon sens, et que j'aie employé cet argent à mon profit, le furieux acquiert action contre moi : car les furieux acquièrent des actions par toutes les causes en vertu desquelles on peut acquérir des actions à son insu : par exemple si leur esclave fait une stipulation, si on leur fait un vol, si on leur cause un dommage de la nature de ceux pour lesquels on a l'action de la loi Aquilia, ou si leur débiteur a aliéné en fraude de leur créance. Il en est de même si on laisse à un furieux un legs ou un fideicommiss.

§. 1. De même si celui qui a prêté de l'argent à l'esclave d'autrui est depuis tombé en fureur, et que l'esclave ait employé au profit de son maître l'argent qu'il a ainsi emprunté, l'action du prêt est acquise au furieux.

2. De même encore si celui qui a donné l'argent d'autrui à titre de prêt tombe dans la fureur, l'argent ayant depuis été consommé, dissipé, le furieux acquiert l'action du prêt.

3. Celui qui gère les affaires d'un furieux est obligé envers lui par l'action *negotiorum gestorum*.

25. *Ulpien au liv. 5 des Règles.*

Il y a deux sortes d'actions, l'action réelle qu'on appelle revendication, et l'action personnelle qu'on appelle condictio. L'action réelle est celle par laquelle nous demandons qu'une chose dont nous sommes propriétaires, et qui est possédée par un autre, nous soit rendue; elle doit toujours être intentée contre celui qui possède. L'action personnelle est celle que nous intentons contre celui qui est obligé à nous faire ou à nous donner quelque chose, et c'est toujours contre lui qu'elle est dirigée.

1. Les actions descendent ou d'un contrat ou d'un délit, ou elles sont positives du fait. Elles descendent d'un contrat lorsqu'on a contracté pour son avantage particulier avec un autre, en achetant vendant, donnant ou prenant à loyer, et d'autres manières semblables. Les actions descendent d'un délit quand quelqu'un est obligé à raison de ce dont il s'est rendu coupable, comme en volant, en injuriant, en causant du dommage. Les actions positives du fait sont, par exemple, celle qui est accordée au patron contre son affranchi qui l'a fait assigner en justice sans une permission expresse du prêteur.

2. Toutes les actions sont ou civiles ou prétoriennes.

26. *Le même au liv. 5 des Cens.*

Toutes les actions pénales passent contre les héritiers après la contestation en cause.

27. *Papinien au liv. 27 des Questions.*

Les obligations nulles par elles-mêmes ne peuvent être confirmées ni par le juge, ni par le prêteur, ni par la loi.

28. *Le même au liv. 1 des Définitions.*

On appelle action la demande qui est dirigée contre une personne; celle qui est dirigée contre une chose s'appelle pétition. Le mot de poursuite est commun aux demandes dirigées contre une chose et contre une personne pour poursuivre une chose.

29. *Paul au liv. 4 des Réponses.*

Un particulier devoit à Lucius-Titius une somme, au paiement de laquelle il avoit été condamné par un jugement; Lucius-

25. *Ulpianus lib. 5 Regularum.*

Actionum genera sunt duo : in rem, quæ dicitur vindicatio : et in personam, quæ condictio appellatur. In rem actio est, per quam rem nostram quæ ab alio possidetur, petimus : et semper adversus eum est qui rem possidet. In personam actio est, qua cum eo agimus qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid vel dandum : et semper adversus eundem locum habet.

Divisio actionum in reales, et personales,

§. 1. Actionum autem quædam ex contractu, quædam ex facto, quædam in factum sunt. Ex contractu actio est, quotiens quis sui lucri causa cum aliquo contrahit : veluti emendo, vendendo, locando, conducendo, et cæteris similibus. Ex facto actio est, quotiens ex eo teneri quis incipit quod ipse admisit : veluti furtum vel injuriam commisit, vel damnum dedit. In factum actio dicitur, qualis est, exempli gratia, actio quæ datur patrono adversus libertum, à quo contra edictum prætoris in jus vocatus est.

Et in ex contractu, ex facto, in factum,

§. 2. Omnes autem actiones aut civiles dicuntur, aut honorariæ.

In civiles et honorariæ.

26. *Idem lib. 5 de Censibus.*

Omnes pœnales actiones post litem inchoatam, et ad heredes transeunt.

De actionibus pœnalibus, et de heredibus.

27. *Papinianus lib. 27 Questionum.*

Obligaciones quæ non propriis viribus consistunt, neque officio judicis, neque prætoris impetio, neque legis potestate confirmantur.

De obligatione inutili.

28. *Idem lib. 1 Definitionum.*

Actio in personam inferitur, petitio in rem : persecutio in rem vel in personam, rei persequendæ gratia.

Differentia actionis.

29. *Paulus lib. 4 Responsorum.*

Lucio Titio cum ex causa judicati pecunia deberetur, et eidem debitori aliam pecuniam crederet, in cautione pecuniæ

Si prioris obligationis in posterioris cautione mentio non fiat

creditæ non adjecit sibi præter eam pecuniam debitam sibi ex causa judicati. Quæro an integræ sint utræque Lucio Titio petitiones? Paulus respondit, nihil proponi cur non sint integræ.

Titius prête de nouveau à ce même débiteur une autre somme ; il se fait faire une promesse de cette nouvelle somme, mais il n'a pas ajouté, outre la somme qui lui étoit due en vertu du jugement. On demande s'il conserve ses deux actions? J'ai répondu que je ne voyois rien dans l'exposé qui pût l'empêcher de conserver ses deux actions.

30. *Scævola lib. 1 Responsorum.*

Si servus effectus libertatem postea consequatur.

Servus effectus, non idecirco quod postea indulgentia principali libertatem consecutus est, rediisse dicitur in obligationem creditorum.

30. *Scévola au liv. 1 des Réponses.*

Si un homme, étant tombé dans la servitude, a depuis été rendu à la liberté par grâce du prince, il ne rentre pas pour cela dans les liens de ses obligations vis-à-vis de ses créanciers.

31. *Mæcianus lib. 2 Fideicommissorum.*

De conditione impossib. li.

Non solum stipulationes impossibili conditione adplicatæ nullius momenti sunt, sed etiam cæteri quoque contractus, veluti emptiones, locationes, impossibili conditione interposita, æquè nullius momenti sunt : quia in ea re quæ ex duorum plurimumve consensu agitur, omnium voluntas spectatur : quorum proculdubio in hujusmodi actu talis cogitatio est, ut nihil agi existiment apposita ea conditione quam sciant esse impossibilem.

31. *Mæcien au liv. 2 des Fideicommissis.*

On regarde comme nulles non-seulement les stipulations faites sous une condition impossible, mais encore tous les autres contrats, comme les ventes, les locations faites sous une condition impossible ; parce que, dans une affaire qui demande le consentement de deux ou de plusieurs personnes, on examine l'intention de chacun des contractans, qui certainement, en apposant une condition qu'ils savent impossible, n'ont point envie de s'obliger réellement.

32. *Hermogenianus lib. 2 juris Epitomarum.*

De concurrentibus actionibus.

Cùm ex uno delicto plures nascuntur actiones, sicut evenit cùm arbores furtim cæsæ dicuntur, omnibus experiri permitti, post magnas varietates obtinuit.

32. *Hermogénien au liv. 2 de l'Abrégé du droit.*

Lorsqu'un délit donne lieu à plusieurs actions, comme dans le cas des arbres coupés furtivement, on a enfin décidé, après bien des variations, qu'il étoit permis de les tenter toutes.

33. *Paulus lib. 3 Decretorum.*

An pœna persecutio in hæredem transeat.

Constitutionibus quibus ostenditur hæredes pœna non teneri, placuit, si vivus conventus fuerat, etiam pœnæ persecutionem transmissam videri, quasi lite contestata cum mortuo.

33. *Paul au liv. 3 des Décrets.*

Les mêmes constitutions qui ont décidé que la peine ne passoit pas contre les héritiers veulent néanmoins que si le défunt a été actionné de son vivant à cause de son délit, la peine puisse être poursuivie contre les héritiers, parce qu'il y a eu contestation en cause avec le défunt.

34. *Idem lib. singulari de concurrentibus actionibus.*

Qui servum alienum injuriosè verberat, ex uno facto incidit et in Aquiliam, et actionem injuriarum : injuria enim ex affectu fit, damnum ex culpa. Et ideò possunt utræ competere. Sed quidam altera electa alteram consumi : alii, per legis Aquiliæ actionem injuriarum consumi :

34. *Le même au liv. unique des Actions concurrentes.*

Celui qui frappe injurieusement l'esclave d'autrui tombe par le même fait dans le cas de l'action de la loi Aquilia, et dans le cas de l'action en réparation d'injures : car l'injure se commet par l'intention, le dommage est causé par une faute. Ainsi, on peut se servir de ces deux actions. Mais il

il y a des jurisconsultes qui pensent que quand on en a choisi une, on perd l'autre. Il y a d'autres jurisconsultes qui pensent qu'à la vérité en choisissant l'action de la loi Aquilia on perd celle en réparation d'injures, parce qu'il est contre l'équité de condamner une seconde fois celui qui a payé la valeur du dommage qu'il a causé. Mais ils pensent que si on a commencé par l'action en réparation d'injures, on conserve encore l'action de la loi Aquilia. Le prêteur doit donner des bornes à ce sentiment, et il ne doit permettre d'agir que pour demander ce qu'on peut obtenir de plus par l'action Aquilia que par la première condamnation. Ainsi il est plus raisonnable de décider qu'on peut en ce cas choisir l'action qu'on voudra intenter, et se servir encore de l'autre pour obtenir ce qu'elle contiendra de plus que la première.

1. Si celui à qui j'ai prêté une chose pour son usage me la vole, j'ai contre lui l'action du prêt à usage et la condition furtive; mais l'une de ces actions détruit l'autre ou de plein droit ou au moyen d'une exception. Ce sentiment est le plus sûr.

2. C'est ce qui a fait décider à l'égard d'un fermier qui avoit volé des effets étant dans la ferme, qu'il étoit soumis à la condition furtive, à l'action du vol et à l'action de la location; la peine du vol n'est pas confondue, mais la condition furtive et l'action de la location sont confondues ensemble. On peut appliquer la même décision à l'action de la loi Aquilia, si on suppose que je vous aie prêté pour votre usage des vêtemens, et que vous les ayez déchirés: car les deux actions du prêt à usage et de la loi Aquilia poursuivent la restitution de la chose. Quand j'aurai intenté contre vous l'action de la loi Aquilia, l'action du prêt à usage n'aura plus lieu. Mais si j'ai commencé par l'action du prêt à usage, on doute si je ne conserve point l'action de la loi Aquilia pendant trente jours, à raison de ce que cette action peut avoir pour moi de plus avantageux. On doit décider que je la conserve, parce que cette action est une addition à la valeur simple de la chose, qui peut avoir lieu même lorsque cette valeur simple a été payée.

mi: quoniam desiit bonum et æquum esse, condemnari eum qui æstimationem præstitit. Sed si ante injuriarum actum esset, teneri eum ex lege Aquilia. Sed et hæc sententia per prætorem inhibenda est: nisi in id quod amplius ex lege Aquilia competit, agatur. Rationabilis itaque est eam admitti sententiam, ut liceat ei quam voluerit actionem prius exercere, quod autem amplius in altera est, etiam hoc exsequi.

§. 1. Si is cui rem commodavero, eam subriperit, tenebitur quidem et commodati actione et conditione: sed altera actio alteram peremit aut ipso jure, aut per exceptionem: quod est tutius.

§. 2. Hinc de colono responsum est, si aliquid ex fundo subtraxerit, teneri eum conditione, et furti: quin etiam ex locato. Et pœna quidem furti non confunditur: illæ autem inter se miscentur. Et hoc in legis Aquiliæ actione dicitur, si tibi commodavero vestimenta, et tu ea ruperis: utraq̃ue enim actiones rei persecutionem continent. Et quidem post legis Aquiliæ actionem, utique commodati finietur: post commodati, an Aquiliæ remaneat in eo quod in repetitione triginta dierum amplius est, dubitatur. Sed verius est remanere: quia simple accedit, et simple subducto locum non habet.

35. *Idem lib. 1 ad Edictum provinciale.*

De actionibus
honorariis.

In honorariis actionibus sic esse definiendum Cassius ait, ut quæ rei persecutionem habeant, hæ etiam post annum darentur : cæteræ intra annum. Honorariæ autem, quæ post annum non dantur, nec in heredem dandæ sunt, ut tamen lucrum ei extorqueatur : sicut fit in actione doli mali, et interdicto unde vi, et similibus. Illæ autem rei persecutionem continent, quibus persequimur quod ex patrimonio nobis abest : ut cum agimus cum honorum possessore debitoris nostri. Item Publiciana, quæ ad exemplum vindicationis datur. Sed cum rescissa usucapione redditur, anno finitur : quia contra jus civile datur.

35. *Le même au liv. 1 sur l'Edit provinciale.*

Par rapport aux actions prétorienes, il faut décider, suivant Cassius, que celles qui renferment la poursuite d'une chose ont lieu même après l'année, et que les autres n'ont lieu que dans l'année. Les actions prétorienes qui n'ont lieu que dans l'année ne sont point données contre l'héritier : de manière cependant qu'il doit faire raison du profit qui lui est parvenu, comme on l'observe dans l'action de la mauvaise foi, dans l'interdit contre la violence et autres actions semblables. On dit qu'une action contient la poursuite d'une chose quand nous demandons une chose qui est sortie de notre patrimoine, par exemple quand nous intentons l'action prétorienne contre celui qui a succédé suivant le droit prétorien à notre débiteur. Telle est encore l'action Publicienne, qui est donnée à l'instar de la revendication. Mais lorsque cette action est donnée sous prétexte que la prescription n'a pas été consommée contre nous, quoiqu'elle l'ait été véritablement, elle ne dura qu'un an, parce qu'elle heurte les principes du droit civil.

1. Les contrats des magistrats municipaux donnent action contre les duumvirs et la république même après l'année.

De contractu
magistratus municipalis.

§. 1. In Duumvros et rempublicam etiam post annum actio datur ex contractu magistratuum municipalium.

36. *Ulpianus lib. 2 ad Edictum.*

De ignominia.

Cessat ignominia in conditionibus, quamvis ex famosis causis pendeant.

36. *Ulpien au liv. 2 sur l'Edit.*

Les condamnations en matière de conditions furtives ne sont jamais infamantes, quoiqu'elles soient prononcées sur des causes qui donnent lieu à l'infamie.

37. *Idem lib. 4 ad Edictum prætoris.*

De actionis
verbo.

Actionis verbo continentur in rem, in personam, directa, utilis, præjudicium, sicut ait Pomponius : stipulationes etiam quæ prætoris sunt : quia actionum instar obtinent : ut damni infecti, legatorum, et si quæ similes sunt. Interdicta quoque actionis verbo continentur.

37. *Le même au liv. 4 sur l'Edit du préteur.*

On doit comprendre, suivant l'avis de Pomponius, sous le nom général d'action, les actions réelles et personnelles, directes et utiles, les actions préjudiciables, les stipulations prétorienes qui tiennent aussi lieu d'actions, comme celles par lesquelles on promet d'indemniser le voisin d'un dommage qu'il craint, ou celles qui assurent le paiement des legs. Les interdits sont aussi compris sous le nom général d'action.

De actionibus
mixtis.

§. 1. Mixtæ sunt actiones in quibus uterque actor est : ut patà finium regundorum, familiæ erciscundæ, communi dividundo, interdictum uti possidetis, utrubi.

1. Les actions mixtes sont celles dans lesquelles les deux plaideurs sont en même temps demandeur et défendeur : telles sont les actions en bornage de terres, en partage de succession, en partage d'une chose commune, l'interdit *uti possidetis* et l'interdit *utrubi*.

38. *Paul au liv. 3 sur l'Edit.*

Nous ne sommes pas obligés en vertu du caractère des lettres, mais en vertu du sens qu'elles expriment; parce qu'on a décidé que l'écriture auroit autant de force que l'expression par les paroles.

39. *Gaius au liv. 3 sur l'Edit.*

Un fils de famille est obligé comme un père de famille à toutes sortes de titres, et on peut l'actionner comme on actionne un père de famille.

40. *Paul au liv. 11 sur l'Edit.*

Les legs sont regardés comme des dettes de la succession, quoique l'obligation de les payer ne commence que dans la personne de l'héritier.

41. *Le même au liv. 22 sur l'Edit.*

Quand la loi introduit une obligation, si elle ne lui donne point une action particulière dont on soit obligé de se servir, on peut continuer à se servir des anciennes actions.

1. Si le même fait donne lieu à deux actions, il est du devoir du juge de donner au demandeur qui se sert d'une des actions ce qu'il auroit eu de plus en se servant de l'autre; s'il ne devoit avoir qu'autant ou moins, le demandeur ne pourra rien obtenir en vertu de la seconde action.

42. *Ulpian au liv. 21 sur l'Edit.*

Celui à qui on a fait un legs conditionnel n'est point créancier de la succession tant que la condition est en suspens, mais seulement lorsque la condition est arrivée; au lieu qu'il est décidé que celui à qui on a promis une chose sous condition par une stipulation, est créancier même avant que la condition soit arrivée.

1. On doit regarder comme créanciers tous ceux qui ont une action civile contre laquelle il n'y a point de fin de non-recevoir qui soit péremptoire, et ceux qui ont une action prétorienne ou expositive du fait.

43. *Paul au liv. 72 sur l'Edit.*

Un père de famille pubère, jouissant de son bon sens, et qui est son maître, peut être obligé. Un pupille ne peut pas être obligé, selon le droit civil, sans l'autorisation de son tuteur. Un esclave n'est point obligé en vertu des contrats.

44. *Le même au liv. 74 sur l'Edit du préteur.*

Les obligations peuvent se ranger à-peu-

38. *Paulus lib. 3 ad Edictum.*

Non figura litterarum, sed oratione quam exprimunt litteræ, obligamur: quatenus placuit non minus valere quod scriptura, quam quod vocibus lingua figuratis significaretur.

De litteris.

39. *Gaius lib. 3 ad Edictum.*

Filiusfamilias ex omnibus causis tanquam paterfamilias obligatur, et ob id agi cum eo tanquam cum paterfamilias potest.

De filiofamilias.

40. *Paulus lib. 11 ad Edictum.*

Hereditarium actionum loco habentur et legata, quamvis ab herede caperint.

De legatis.

41. *Idem lib. 22 ad Edictum.*

Quotiens lex obligationem introducit, nisi si nominatim caverit ut sola ea actione utamur, etiam veteres eo nomine actiones competere.

De concurrentibus actionibus.

§. 1. Si eodem facto duæ competant actiones, postea judicis potius partes esse, ut quo plus sit in reliqua actione, id actor ferat: si tantundem aut minus, id consequatur.

42. *Ulpianus lib. 21 ad Edictum.*

Is cui sub conditione legatum est, pendente conditione non est creditor, sed tunc cum exstiterit conditio, quamvis eum qui stipulatus est sub conditione, placet etiam pendente conditione creditorem esse.

De conditione.

§. 1. Creditores eos accipere debemus, qui aliquam actionem vel civilem habent (sic tamen ne exceptione summoveantur) vel honorariam actionem, vel in factum.

Definitio creditoris.

43. *Paulus lib. 72 ad Edictum.*

Obligari potest paterfamilias, suæ potestatis pubes, compos mentis. Pupillus sine tutoris auctoritate non obligatur jure civili. Servus autem ex contractibus non obligatur.

De paterfamilias pubere. pupillo, servo.

44. *Idem lib. 74 ad Edictum prætoris.*

Obligationum ferè quatuor causæ sunt:

De accidenti-

De obligatione. aut enim dies in his est, aut conditio, aut modus, aut accessio.

Die, conditione. §. 1. Circa diem duplex inspectio est: nam vel ex die incipit obligatio, aut confertur in diem. Ex die, veluti, *calendis martiis dare spondes?* cujus natura hæc est, ut ante diem non exigatur. Ad diem autem, *usque ad calendas dare spondes?* Placet etiam ad tempus obligationem constitui non posse, non magis quàm legatum. Nam quod alicui deberi cœpit, certis modis desinit deberi. Planè post tempus stipulator vel pacti conventi, vel doli mali exceptione summoverti poterit. Sic et in tradendo si quis dixerit se solum sine superficie tradere, nihil proficit, quominus et superficies transeat, quæ natura solo cohæret.

§. 2. Conditio vero efficax est, quæ in constituenda obligatione inseritur, non quæ post perfectam eam ponitur: veluti, *centum dare spondes, nisi navis ex Asia venerit?* Sed hoc casu existente conditione locus erit exceptioni pacti conventi, vel doli mali.

Modo. §. 3. Modus obligationis est, cùm stipulamur decem aut hominem: nam alterius solutio totam obligationem interimit: nec alter peti potest, utique quandiu utrumque est.

Accessione. §. 4. Accessio verò in obligatione aut personæ aut rei fit. *Personæ*, cùm mihi aut Titio stipulor: *Rei*, cùm mihi decem, aut Titio hominem stipulor. Ubi quæritur an ipso jure fiat liberatio homine soluto Titio.

près dans quatre classes différentes: car ou elles sont faites à terme, ou sous condition, ou sous une certaine mesure, ou avec de certaines suites.

1. A l'égard du terme, il y a deux considérations: car ou le terme commence l'obligation, ou il la termine. Le terme commence l'obligation dans ces exemples, vous promettez de me donner tant aux calendes de mars; la nature de cette obligation est qu'on ne peut rien exiger avant le terme. L'obligation se termine à un certain jour dans cet exemple, vous promettez de me payer d'ici aux calendes de mars. Car on a décidé que l'obligation ne pouvoit pas se contracter pour un temps, non plus qu'un legs ne peut pas être laissé pour un temps. En effet, quand on doit quelque chose à quelqu'un, il y a des manières certaines et déterminées de finir l'obligation, et le temps n'en est pas une. Cependant si le créancier demande après le temps convenu, il est débouté par la fin de non-recevoir tirée de sa convention ou de sa mauvaise foi. De même si en faisant la délivrance d'un fonds on déclare qu'on livre le sol sans la superficie, cette déclaration n'empêche pas que la superficie qui est un accessoire du sol ne passe avec lui.

2. Une condition est apposée utilement, lorsque l'obligation se forme, et non pas après que l'obligation est parfaite: par exemple vous promettez de me donner cent s'il ne vient pas un vaisseau d'Asie. Mais, dans ce cas, la condition arrivant, il y a lieu à la fin de non-recevoir tirée de la convention ou de la mauvaise foi.

3. La mesure de l'obligation est lorsque nous nous faisons promettre de deux choses l'une, une somme de dix ou un esclave: car le paiement de l'une de ces choses détruit l'obligation de l'autre; et on ne peut pas demander au débiteur l'une de ces deux choses plutôt que l'autre, pourvu qu'elles existent toutes les deux.

4. Les suites d'une obligation concernent ou la personne ou la chose. La personne, lorsque je stipule qu'on paiera à moi ou à Titius; la chose, lorsque je stipule qu'on me paiera une somme de dix ou qu'on fournira à Titius l'esclave Stichus. C'est une question de savoir en ce cas si la délivrance

de l'esclave faite à Titius opère de plein droit la libération.

5. Si je stipule en cette manière, si vous ne me donnez pas tel fonds, vous promettez de me donner la somme de cent, il n'y a que la somme de cent qui soit l'objet de la stipulation, mais la tradition du fonds est un moyen d'acquitter l'obligation.

6. Mais vous m'avez promis de me construire un vaisseau, et dans le cas où vous ne le construiriez pas de me donner une somme de cent. Il y a-t-il dans ce cas deux stipulations, une pure et simple et l'autre conditionnelle? et dans le cas où la condition apposée à la seconde arriveroit, la première subsiste-t-elle toujours, ou est-elle incorporée et confondue avec la seconde par une sorte de novation? C'est ce dernier sentiment qui est le plus probable.

45. *Le même au liv. 3 sur Plautius.*

Un particulier doit à un autre l'esclave Stichus; avant d'être en demeure de le fournir, il l'affranchit. Cet esclave affranchi meurt avant que celui qui devoit le fournir ait été actionné. Celui qui devoit fournir l'esclave n'est tenu à rien: car il ne tient pas à lui de fournir l'esclave.

46. *Le même au liv. 7 sur Plautius.*

Le furieux et le pupille sont obligés sans l'intervention de leur tuteur ou curateur, quand l'obligation naît de la chose même. Par exemple si j'ai avec eux un fonds commun, et que j'y aie fait des dépenses, ou que le pupille y ait causé quelque dégradation, j'aurai contre eux à cet égard l'action en partage d'une chose commune.

47. *Le même au liv. 14 sur Plautius.*

Arien dit qu'il y a beaucoup de différence à demander si quelqu'un est obligé ou s'il est libéré. Quand il s'agit de l'obligation, on doit incliner, si on en trouve l'occasion, à nier que quelqu'un soit obligé. S'il s'agit de libération, il faut être plus porté à décider en faveur de la libération.

48. *Le même au liv. 16 sur Plautius.*

Dans les affaires où les paroles ne sont pas nécessaires, et dans lesquelles le consentement suffit, un sourd peut être contractant, parce qu'il peut comprendre ce dont il s'agit et y consentir, comme dans les baux, les achats, etc.

§. 5. Si ita stipulatus sim, *Si fundum non dederis, centum dare spondes?* sola centum in stipulatione sunt, in exsolutione fundus.

De stipulatione, si fundum non dederis, centum dari.

§. 6. Sed si navem fieri stipulatus sum, et si non feceris, centum: videndum utrum duæ stipulationes siat, pura et conditionalis: et existens sequentis conditio non tollat priorem: an verò transferat in se, et quasi novatio prioris fiat? Quod magis verum est.

De stipulatione navem fieri, et si non fiat centum dari.

45. *Idem lib. 3 ad Plautium.*

Is qui ex stipulatu Stichum debeat, si eum ante moram manumiserit, et is priusquam super eo promissor conveniretur, decesserit, non tenetur. Non enim per eum stetisse videtur, quominus non præstaret.

De manumissione. et morte servi debiti.

46. *Idem lib. 7 ad Plautium.*

Furiosus et pupillus, ubi ex re actio venit obligantur, etiam sine curatore, vel tutoris auctoritate: veluti si communem fundum habeo cum his, et aliquid in eum impendero, vel damnum in eo pupillus dederit: nam iudicio commuai dividendo obligabuntur.

De furioso et pupillo.

47. *Idem lib. 14 ad Plautium.*

Arianus ait multum interesse, quæras, utrum aliquis obligetur, an aliquis liberetur. Ubi de obligando quaeritur, propensiores esse debere nos, si habeamus occasionem ad negandum. Ubi de liberando, ex diverso, ut facilius sis ad liberationem.

Differentia obligationis et liberationis.

48. *Idem lib. 16 ad Plautium.*

In quibuscunque negotiis sermone opus non est, sufficiente consensu: iis etiam surdus intervenire potest: quia potest intelligere et consentire, veluti in locationibus, conductionibus, emptionibus, et cæteris.

De surdo.

De actionibus
ex contractibus.

49. *Idem lib. 18 ad Plautium.*
Ex contractibus venientes actiones in heredes dantur, licet delictum quoque versetur: veluti cum tutor in tutela gerenda dolo fecerit, aut is apud quem depositum est. Quo casu etiam cum filiusfamilias aut servus quid tale commisit, de peculio actio datur, non noxalis.

De tempore.

50. *Pomponius lib. 7 ex Plautio.*
Quod quis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur, ei potestas est quolibet ejus anni die dandi.

Definitio actionis.

51. *Celsus lib. 3 Digestorum.*
Nihil aliud est actio, quam jus quod sibi debeat, iudicio persequendi.

Quibus modis obligamur.

52. *Modestinus lib. 2 Regularum.*
Obligamur aut re, aut verbis, aut simul utroque, aut consensu, aut lege, aut jure honorario, aut necessitate, aut ex peccato.

§. 1. Re obligamur, cum res ipsa intercedit.

§. 2. Verbis, cum præcedit interrogatio, et sequitur congruens responsio.

§. 3. Re et verbis pariter obligamur, cum et res interrogationi intercedit.

§. 4. Consentientes in aliquam rem, ex consensu obligari necessario ex voluntate nostra videmur.

§. 5. Lege obligamur, cum obtemperantes legibus aliquid secundum præceptum legis, aut contra facimus.

§. 6. Jure honorario obligamur ex his quæ edicto perpetuo, vel magistratu fieri præcipiuntur, vel fieri prohibentur.

§. 7. Necessitate obligantur, quibus non licet aliud facere, quam quod præceptum est. Quod evenit in necessario herede.

§. 8. Ex peccato obligamur, cum in facto questionis summa constitit.

49. *Le même au liv. 18 sur Plautius.*

Les actions qui naissent des contrats sont données contre les héritiers, quand même il y auroit quelque délit mêlé: par exemple si un tuteur a geré frauduleusement une tutelle, si un dépositaire a été infidèle. Dans ces cas même s'il y a eu quelque délit de la part d'un fils de famille ou d'un esclave, l'action de *peculio* a lieu contre le père ou le maître, et on ne se contente pas de l'action noxale.

50. *Pomponius au liv. 7 sur Plautius.*

Ce qu'on a promis, ou ce qu'on doit fournir dans l'année en vertu d'une condamnation, on peut le payer tous les jours de l'année.

51. *Celse au liv. 3 du Digeste.*

L'action n'est autre chose que le droit de poursuivre en jugement ce qui nous est dû.

52. *Modestini au liv. 2 des Règles.*

Nous sommes obligés ou par la chose ou par les paroles, ou par tous les deux en même temps, ou par le consentement, ou par la loi, ou par le droit prétorien, ou par la nécessité, ou par un délit.

1. Nous sommes obligés par la chose, lorsqu'une chose nous a été remise.

2. On est obligé par les paroles, quand on a répondu en conformité d'une interrogation qui a précédé.

3. On est obligé en même temps par la chose et par les paroles, quand il y a eu tradition de la chose, et que la solennité des paroles est intervenue.

4. Lorsque nous avons consenti à une chose, nous sommes nécessairement obligés en vertu de ce consentement volontaire.

5. Nous sommes obligés par la loi quand la loi nous commande quelque chose, et que nous y obéissons ou que nous y contrevenons.

6. Nous sommes obligés par le droit prétorien quand quelque chose nous est ordonné ou défendu par l'édit perpétuel ou par le magistrat.

7. On est obligé par nécessité quand on ne peut pas faire autre chose que ce qui est ordonné. C'est le cas où se trouve un héritier nécessaire.

8. On est obligé par son délit dans les questions qui gissent en fait.

9. Le simple consentement suffit aussi pour former une obligation, quoique ce consentement pût être exprimé par des paroles solennelles.

10. Il y a même bien des obligations qui se contractent seulement par des signes de volonté.

53. *Le même au liv. 3 des Règles.*

Plusieurs délits sur un même objet donnent lieu à plusieurs actions; mais il est reçu qu'on ne peut pas les intenter toutes: car si une obligation donne lieu à plusieurs actions, on doit se contenter d'en intenter une.

1. Lorsqu'on ajoute en général dans une obligation, et au profit de qui il appartiendra, on est censé comprendre les personnes qui nous succéderont à titre d'adrogation ou à tout autre titre.

54. *Le même au liv. 5 des Règles.*

Les contrats imaginaires ne sont point obligatoires, même dans les ventes, parce qu'ils ne forment qu'une fiction dépourvue de vérité.

55. *Javolénus au liv. 12 des Lettres.*

Dans toutes les affaires où il s'agit de transférer la propriété, il faut le concours de l'intention et des volontés des deux contractans: car, dans les ventes, les donations, les baux et les autres conventions, si les parties contractantes ne sont pas d'accord, ce qui a été commencé ne peut avoir aucun effet.

56. *Pomponius au liv. 20 sur Quintus-Mucius.*

Toutes les actions qui ont commencé à m'appartenir du chef de mon esclave, soit en vertu de la loi des douze tables, ou de la loi Aquilia, ou à cause de l'injure ou du vol qu'on lui a fait, continuent de m'appartenir dans le cas même où j'aurois depuis affranchi ou aliéné cet esclave, ou dans le cas où cet esclave seroit mort. Je peux même intenter, si cet esclave m'a été volé, la condiction furtive; à moins que sa possession ne me soit revenue, et que je l'aie depuis aliéné ou affranchi.

57. *Le même au liv. 36 sur Quintus-Mucius.*

Dans toutes les conventions qui sont de bonne foi ou de droit étroit, il y a nullité si les parties contractantes sont dans l'erreur

§. 9. Etiam nudus consensus sufficit obligationi, quamvis verbis hoc exprimi possit.

§. 10. Sed et nutu solo pleraque consistunt.

53. *Idem lib. 3 Regularum.*

Plura delicta in una re plures admittunt actiones: sed non posse omnibus uti probatum est: nam si ex una obligatione plures actiones nascantur, una tantummodo, non omnibus utendum est.

De actionibus concurrentibus.

§. 1. Cùm generaliter adjicimus, *eive ad quem ea res pertinebit*, et adrogati, et eorum qui jure nobis succedunt personas comprehendimus.

De eo ad quem res pertinet.

54. *Idem lib. 5 Regularum.*

Contractus imaginarii etiam in emptio-nibus juris vinculum non obtinent: cùm fides facti simulatur non intercedente veritate.

De contractu imaginario.

55. *Javolenus lib. 12 Epistolarum.*

In omnibus rebus, quæ dominium transferunt, concurrat, oportet affectus ex utraque parte contrahentium: nam sive ea venditio, sive donatio, sive conductio, sive quælibet alia causa contrahendi fuit, nisi animus utriusque consentit, perduci ad effectum in quod inchoatur, non potest.

De affectu utriusque partis.

56. *Pomponius lib. 20 ad Quintum Mucium.*

Quæcunque actiones servi mei nomine mihi cœperunt competere, vel ex duodecim tabulis, vel ex lege Aquilia, vel injuriarum, vel furti, eadem durant, etiam si servus postea, vel manumissus, vel alienatus, vel mortuus fuerit. Sed et conditio ex furtiva causa competit: nisi si nactus possessionem servi, aut alienavero, aut manumisero eum.

De servis.

57. *Idem lib. 36 ad Quintum Mucium.*

In omnibus negotiis contrahendis, sive bona fide sint, sive non sint, si error aliquis intervenerit, ut aliud sentiat, putà,

De errore.

qui emit, aut qui conducit, aliud qui cum his contrahit, nihil valet quod actum sit. Et idem in societate quoque cœunda respondendum est : ut si dissentiant, aliud alio existimante, nihil valet ea societas quæ in consensu consistit.

sur ce qu'elles font, par exemple si celui qui achète ou qui prend à bail ne pense pas la même chose que ceux avec qui il contracte. Il faut dire la même chose lors de l'établissement d'une société, si les parties ne s'entendent pas, et que l'une pense une chose, l'autre une autre ; cette société qui doit être fondée sur le consentement des parties est nulle.

De litis contestatione.

58. *Callistratus lib. 1 Edicti monitorii.*
Sciendum est ex omnibus causis lites contestatas et in heredem similesque personas transire.

58. *Callistrate au liv. 1 de l'Édit monitoire.*

Il faut observer que toutes les instances une fois commencées passent contre les héritiers et autres successeurs.

De pupillo.

59. *Licinius Rufinus lib. 8 Regularum.*
Pupillus mutuum pecuniam accipiendo, ne quidem jure naturali obligatur.

59. *Licinius-Rufinus au liv. 8 des Règles.*

Le pupille à qui on prête de l'argent n'est point obligé même naturellement.

De concurrentibus actionibus.

60. *Ulpianus lib. 17 ad Edictum.*
Nunquam actiones pœnales de eadem pecunia concurrentes alia aliam consumunt.

60. *Ulpien au liv. 17 sur l'Édit.*

Dans les actions pœnales qui concourent pour un même délit, jamais l'une ne détruit l'autre.

De nuda scriptura.

61. *Scævola lib. 28 Digestorum.*
Procurator Seii admisit subscriptionem ad argentarium vascularium in verba infra scripta : Λέως Καλάνδιος ἐπίγων, καὶ ὡς προσηύρεται, ἐστὶν λοιπὰ πὰρ ἡμῖν ὑφαιρούμενα τὰ δεῖνι τῶσα. Id est, *Lucius Kalendius recognovi, quemadmodum supra scriptum est, reliqua à nobis debentur tot illi.* Quæro an Gaium Seium obligare potuit? Respondit, Seium, si alioquin obligatus non esset, non propter quod ea scriptura quæ proponeretur, interposita sit, obligatum esse.

61. *Scævola au liv. 28 du Digeste.*

Le procureur de Gaius-Séius a renvoyé un mémoire à un orlévre, au bas duquel il a mis ces mots : Moi, Lucius-Kalendius, ai vu et approuvé les articles portés au mémoire ci-dessus, partant nous redevons tant à un tel. On a demandé si cette reconnoissance d'un fondé de procuration obligeoit Gaius-Séius? J'ai répondu que si Gaius Séius n'étoit point obligé d'ailleurs, je ne voyois pas qu'il dût être obligé par cet écrit.

De constitutione salarii.

§. 1. Seia cùm salarium constituere vellet, ita epistolam emisit : *Lucio Titio salutem. Si in eodem animo, et eadem affectione circa me es qui semper fuisti, ex continenti acceptis litteris meis, distracta re tua, veni. Hoc tibi, quandū vivam, præstabo, annuos decem. Scio enim quia valdè me benè ames. Quæro, cùm et rem suam distraxerit Lucius Titius, et ad eam profectus sit, et ex eo cum ea sit, an ei ex his epistolis salarium annuum debeatur? Respondit, ex personis causisque eum cujus notio sit æstimaturum, an actio danda sit.*

1. Séia voulant s'obliger à payer un salaire à Lucius-Titius, lui a écrit une lettre conçue ainsi : « A Lucius-Titius, salut. Si vous me conservez toujours la même affection que vous m'avez témoignée jusqu'ici, aussitôt ma lettre reçue, vendez vos biens, et venez me trouver. Je vous ferai pendant toute ma vie une pension annuelle de dix écus d'or : car je sais combien vous m'aimez ». Lucius-Titius, en conséquence de cette lettre, a vendu ses biens, et est parti pour venir trouver Séia, et depuis ce temps il est resté avec elle. On demande s'il peut, en vertu de la lettre, demander la pension annuelle? J'ai répondu que celui qui seroit nommé pour connoître de cette cause devoit examiner par la qualité des personnes et des motifs si on devoit accorder l'action en ce cas.